

SPRAWOZDANIE

DYREKCYI C. K. GIMNAZYUM

W BOCHNI

13857

ZA ROK SZKOLNY

1891.



TREŚĆ:

1. Z przeszłości Olkusza. Aktów dyplomatycznych 43 wydał Wawrzyniec Waśkowski.
2. Wiadomości szkolne, skreślone przez Dyrektora. (Schulnachrichten v. Director.)

BOCHNIA:

NAKŁADEM FUNDUSZU NAUKOWEGO.

Z drukarni W. Pizsa.

1891.



RV. ient.
Spr. 6

Z przeszłości Olkusza.

[Aktów dyplomatycznych 43.]

Olkusz, miasto powiatowe gubernii kieleckiej, dziś zaledwie około 3.000 mieszkańców liczące, należy do tych starych miast polskich, których świetna przeszłość¹⁾ nastrocza dla badacza dziejów ojczystych, szczególnie w kierunku rozwoju stanu mieszczańskiego i jego instytucji, bardzo rozległe pole do pracy.

Do niej też jeszcze od św. i nieodżałowanej pamięci Dra. Józefa Szujskiego zachęceniu, badaliśmy w chwilach wolniejszych od obowiązków swojego stanu, prawie wszystkie dotąd drukowane, a przeszłość Olkusza rozjaśnić mogące źródła.

Nie poprzestając na tém, udaliśmy się w swoim czasie na samo miejsce, gdzie korzystając z uprzejmego zezwolenia prezydenta miasta, zwiedziliśmy dawniejsze jego zabytki i znaleźliśmy w archiwum magistratu, w małej, żelaznej skrzynce, wśród siana i kawałków zetlałego płótna dokumentów 43, z których dotąd tylko jeden (36.) był drukowany.

Bogate archiwum Olkusza, z którego przedtém tylko H. Łabęcki w swém: „Górnictwie w Polsce“ głównie korzystał, i w niem największą część dokumentów, odnoszących się do historii górnictwa polskiego, umieścił, przeniesiono do pobliskiej Dąbrowy. Pozostałe zaś w Olkuszu przywileje musiały być Łabęckiemu albo nieznanne, albo do podjętej przezeń pracy nad górnictwem polskiem zbyteczne.

¹⁾ W 15. w. miał około 30.000 mieszkańców.

Odnoszą się one prawie wszystkie do historii wewnętrznej Olkusza i pochodzą z różnych okresów czasu: najdawniejszy z r. 1342., ostatni z r. 1765. Pisane są w trzech językach: 1.—31., 34., 36., 41., 42. i 43. (na stronie 16.) po łacinie, 32., 33., 35. i 37.—39. po polsku, a 40. po niemiecku.

Przy kopiowaniu dokumentów trzymaliśmy się zasady Wydawnictwa „Pomników dziejowych“ komisji historycznej Akademii umiejętności w Krakowie, i dlatego zachowaliśmy wiernie ich pisownię, a ustępy i wyrazy pojedyncze, albo ich części, których w dokumentach brakuje z powodu ich uszkodzenia przez zbutwienie lub przetarcie, przytaczamy ujęte w „[]“ na podstawie uzasadnionego domysłu. Kropki „.....“ wypełniają miejsca brakujących słów, których nie można się domyślić.

Krótką treść każdego dokumentu podajemy na jego czele w języku, w którym był wystawiony; opis zaś dyplomów i rozmaite na nich zapiski umieszczamy w uwagach.

Daty średniowieczne rozwiąaliśmy według Grotefenda „Kalendarza historycznego.“

Wykazy królów polskich, dostojników duchownych i świeckich i innych osób, oraz miejscowości w aktach wspominanych podamy osobno.

Wreszcie niech nam będzie wolno złożyć publiczne podziękowanie wszystkim, którzy nam tak do ogłoszenia niniejszych aktów, jak i w wyszukaniu innych źródeł do zamierzonego wydania osobnej monografii Olkusza życzyliwie swój pomocy udzielili.

W Bochni, w czerwcu 1891.

Wawrzyniec Waśkowski,

wydawca.

I. 1342. die 21. mensis maii, Cracoviae.

Casimirus, rex Poloniae, concordiam inter Nicolaum Alberti, Iesconom, Mathiam, Sybkam et Boxam ex una et Vincentium filiosque: Albertum et Laurentium parte ex altera, super hereditate villae *Grabowice*, factam, confirmat.')

[I]N Nomine domini amen. Tunc calumpnie uia precluditur et omnis ambiguitas tolli solet, cum id, quod agitur, Regum assensu, Vi scripti futurorum noticie commendatur. Proinde nouerint Vniuersi tam presentes, quam futuri, presencium noticiam habituri. Quod coram nobis, Kazimiro dei gracia Rege Poloniae, et nostris Baronibus, Constituti, nostri fideles, discretus vir Nicolaus Alberti, Plebanus de *Karlowicz*, Vratislaviensis dioecesis ex una parte, et Vincencius Laurencij, una cum Alberto et Laurencio filijs suis de *Grabowich*, parte ex altera, super questionibus, litibus et controuersijs, que inter iam dictos Vincencium et filios suos, ac Nicolaum de *Otronow*. olim fratrem ipsius Vincencij amicabilem, nec non Boxam et dominam Sybkam coniugem ipsius, sororem germanam predicti Nicolai Alberti, pro parte hereditatis ibidem in *Grabowich* site, que *Sandissowske* wlgariter nuncupatur, uentilabantur, quam hereditatis partem, Boxa et domina Sybka coniux sua predicta retroactis temporibus ex successione paterna ipsius Sybce, hereditarie, pacifice et quiete, tam suo quam predicti Nicolai et fratrum eius nomine tenuerunt, coram Iescone dicto Mandrostka Iudice nostro Cracouiensi generali, in absentia Nicolai Alberti supradicti, et prefati Nicolaus de *Otronow* partem hereditatis predictae in *Grabowich*, iudicialiter obtinuit, et in possessionem fuit missus, ac Vincencio supradicto, in certa summa pecunie quantitate pro wlnneribus in ipsum per Albertum filium Boxe et Sybce predictorum per Iudicem predictum Boxa et sua coniux extiterunt condempnati, prefatus vero Nicolaus Alberti ueniens de partibus alienis et remotis, in quibus fuerat tunc constitutus dominam Sybkam sororem suam predictam coram domino Hermanno procuratore nostro generali euocari ad iudicium procurauit et domina Sybka predicta in termino sibi ad hoc certo prefixo, coram predicto domino Hermanno et

aliis in iudicio eodem circumsedentibus comparens recognouit ex certa sententia, quod irrequisito Nicolao Alberti fratre suo predicto partem hereditatis in *Grabowich* predictam perdidit et amisit, prefatus uero Hermanus de mandato nostro pro eo ipsam dominam Sybkam in pena iudiciali condemnans, Nicolaum Alberti prelibatum ad huiusmodi partem hereditatis in *Grabowich*, cum omnibus iuribus pertinencijs et metis suis iudicialiter reintegrauit, et in possessionem ipsius hereditatis reposuit, secundum Jus et consuetudinem terre nostre Cracouiensis, quam possessionem pacificam et quietam Nicolaus idem noscitur obtinere. Denum predictus Vincencius Laurencij, de nouo Nicolaum Alberti predictum ad iudicium euocauit, et termino huiusmodi pendente, supradictus Nicolaus Alberti pro se et domina Sybka sorore, Iescone Mathia fratribus germanis suis, ac Boxa sororio suo predicto, pro bono pacis et amicabile concordie perpetue habende et tenende cum prefatis Vincencio, Alberto et Laurencio filijs suis, inierunt, fecerunt, et ordinauerunt inuiolabilem concordiam et perpetuam mediantibus Strenuis et discretis Militibus nostris inferius annotatis in hunc modum, quod prefatus Vincencius Albertus et Laurencius filij sui, uua cum omnibus et singulis eorum consanguineis et amicis utriusque sexus, tam masculini quam feminini, cuiuscumque condicionis, status vel preeminencie existant, omni iuri, accioni et inuasioni, quocumque nomine censeantur, et parte hereditatis in *Grabowich* predictae, si quid ipsis uel eorum alicui ex quacumque forma modo, uel iure competeret, uel competere in futurum posset, contra predictos Nicolaum Alberti, dominam Sybkam, Iesconem Mathiam et Boxam coniunctim uel diuisim occasione premissorum non illecti nec decepti, sed uoluntarie, sponte et ex certa sciencia renunciarunt, perpetue et simpliciter, ac expresse cesserunt coram nobis promittentes, pro omnibus eorum consanguineis et amicis, ijdem Vincencius, Albertus et Laurencius filij sui. quod predictos Nicolaum, Iesconem, Mathiam, dominam Sybkam et Boxam, occasione partis hereditatis predictae in *Grabowich* quoquo iure, accione et inuasionem, per se uel eorum consanguineos et amicos non molestabunt neque perturbabunt. Insuper bona fide promiserunt quod si Nastka, olim relicta Nicolai de *Otronow*, filia Martini de *Marsowics*, predictos Nicolaum Alberti, Iesconem, Mathiam, dominam Sybkam et Boxam impeteret aut ad iudicium euocaret uel inuaderet, racione partis hereditatis predictae, prefati Vincencius, Albertus et Laurencius filij sui, debebunt et tenebuntur eorum sumptibus et expensis, predictis Nicolao, demine Sybce, Iasconi, Mathie, et Boxe in iudicio fideliter et constanter astare, et ipsas causas defensare. Et si quod absit, euinceretur iudicialiter per predictam

Relictam pars hereditatis sepedicte, prefati, Vincencij et filiorum suorum predictorum erit dampnum, et non Nic[olai neque] domine Sybce Iasconis Mathie neque Boxe, et eisdem, eadem dampna, sine omni dilacione seu iudicio predicti Vincencius et filij sui tenebuntur resarcire integraliter et complere. Pro quibus omnibus et sing[ulis causis] scilicet parte hereditatis pluries nominate, renunciacione, cessione, ac wlneracione, ut superius expromitur, prefatus Nicolaus Alberti, de sua propria pecunia dedit, tradidit et soluit. CIII marcas grossorum Pr[agensium i]n pecunia numerata predictis Vincencio [et] filijs suis. Nobis itaque supplicantes humiliter quatenus nos renunciacionem, cessionem, ordinacionem et concordiam, ut premittitur superius, ratas, firmas et gratas habere, dignaremur. Nos igitur eorum supplicacionibus graciose acclinati, renunciacionem, cessionem, ordinacionem, ac concordiam, prout superius enarantur, ratas firmas et gratas habentes, easque uolentes perpetuo duraturas, ipsas presentis scripti patrocinio confirmamus et roboramus. In quorum omnium testimonium et euidentiam clariorem, presentes scribi, et nostri Sigilli munimine mandauimus roborari. Actum Cracouie feria tertia festi Pentecostes, Anno domini M. CCCXI secundo. Presentibus hijs Nobilibus nostris domino Floriano Cancellario Lancicensi Dirskone Mandrostka Vexillifero Stascone Subagazone Cracouiensibus, Dirseone dicto Karwarcian, herede de Janowicz, Stanislao Scriptore, terre nostre Cracouiensis. Clemente de Branicz, Camerario Consortis nostre. Datum per manus Segnei Prepositi sancti Michaelis et Vicecancellarij Curie Nostre.

¹⁾ Oryginal pergaminowy dług. 50, szer. 29 cm. w kilku miejscach uszkodzony, zresztą wyraźny i czytelny. U spodu znajduje się sznurek kręcony z jedwabiu pąsowego i zielonego, na którym, pierwotnie wisiała pieczęć. Na odwrotnej stronie w środku znajduje się napis z w. 18: „Amicabilis Compositio“, a pod nim wcześniejszy nieco inny napis: „1300 (błądnie, zamiast 1342.) Fra 3tia Fi. Pente.“

II. 1565. die 18. mensis Iunii, Cracouiae.

Petrus Penach, advocatus provincialis iuris Teutonici castri Cracouiensis, commutationem et venditionem partis advocatiae in Olkusz, per Magdalenam, filiam Friczonis, Joanni Bork dapifero Sandomiriensi pro una domo lapidea in platea s. Annae Cracouiae, factas, auctoritate Casimiri regis Poloniae in iudicio bannito transactas esse testificatur.¹⁾

Nos Petrus Penach Ciuis Cracouiensis, ut Iudex seu Aduocatus Prouincialis Juris Theutonici Castri Cracouiensis, per Ma-

gnificum Principem dominum Kazimirum dei gracia Regem Poloniae Illustrem ad id, una cum . . . Scabinis infrascriptis specialiter deputatus, Ad omnium et singulorum deducimus noticiam per presentes. Quod coram nobis in Iudicio Bannito, Virtuosa domina, Magdalena olym Friczonis lorificis Ciuis Cracouiensis filia, constituta, Marito suo Nicolao Sirlaci ibidem sibi racionabiliter pro tutore recepto, non compulsa, non coacta, non illecta nec aliquo perplexa dolo, sed wltu sereno et spontanea uoluntate atque matura suorum deliberacione amicorum et presertim Iesconis dicti Crese fratris et Philippi Aduocati Ilcussiensis, et puerorum ipsius consensu amicali accedente, totam suam in *Icus* Aduocacie partem, uidelicet unum quartale minus Sedecimali cum uniuersis et singulis utilitatibus, usufructibus ac redditibus, quartale spectantibus, ad id ipsum necnon cum addicione decem paratarum marcarum, famoso viro domino Joanni Bork dapifero Sandomiriensi, Ciuique Cracouiensi, pro una domo lapidea, in plathea s. Anne in *Cracouia* situata titulo utroque tam commutacionis, quam uendicionis, libere resignauit per ipsam et legitimos eius successores. dictum quartale minus Sedecimali, cum X. marcis predictis, uti fruendum iure quoque hereditario perpetue et pacifice possidendum, necnon in usus quosuis uoluntrios conuertendum, Promiserunt insuper Jesscho, et Philippus pretacti una cum resignatrice predicta, pro omni impeticione seu allocucione si qua successu temporis fieret resignatorum omnium premissorum, In cuius rei testimonium, Sigillum Iudiciale consuetum presentibus est appensum. Actum et datum Cracouie feria quarta post diem beatorum Viti et Modesti martirum. Anno domini Millesimo, Trecentesimo, Sexagesimo quinto. Presentibus Egidio de Przegyna, Nicolao de Zolocow Petro de Bybiecz, Wenczeslao de Istebnik, Arnoldo de Mechouia. Craycone de Trexe, Peschone de Crziwadambrowa, Scoltetis et Juratis ac aliis multis.

1) Dokument pergaminowy dług. 35, szer. 23 cm. dobrze zachowany, w żadnym miejscu nieuszkodzony, bez pieczęci, która pierwotnie wisiała na pasku pergaminowym. Na grzbiecie dokumentu znajduje się napis późniejszy: „1365. Parcze. Resignatio partis Aduocatie unum uidelicet quartale minus sedecimali, commutatum Johanni Bork pro domo lapidea. Fra. 4ta pt. diem SS. Viti et Modesti. N. 2.“

III. 1365. die 16. mensis Aprilis, Cracoviae.

Casimirus, rex Poloniae, venditionem sextae partis hereditatis in villa *Parcze* per Iacussium, filium Swanthoslai, Iasconi advocato Ilussiensi pro quinquaginta marcis grossorum pragensium factam, confirmat.¹⁾

[I]N nomine domini Amen. Nos Kazimirus dei gracia Rex Poloniae. Necnon Terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranie. Russyeque dominus et heres. Tenore presencium notumfacimus. quibus expedit uniuersis tam presentibus, quam futuris. Quod ad nostram et Baronum nostrorum accedens presenciam Iacussius filius olym Swanthoslay heres de *Parczow* sanus mente et corpore existens, non compulsus nec coactus neque aliquo dolo circumuentus sed spontanea voluntate et bona deliberacione sui animi prehabita, totam partem sue hereditatis ibidem in *Parczow* prope *Ileus*, ipsum ex paterna successione contingentem, videlicet. Sextam partem ipsius hereditatis in *Parczow*, cum omni iure et dominio, necnon cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus et pertinencijs uniuersis. ad dictam partem hereditatis in omnibus suis et circumferencijs quomodolibet spectantibus, prout eandem sextam partem hereditatis ipse Iacussius suis temporibus solus tenuit et possedit, nichil iuris vel dominij exnunc in eadem pro se uel suis quibusuis propinguis penitus reseruando, Proinde uiro Iasconj filio Friczonis. Aduocato in *Ileus* et Ciui nostro Cracouiensi, pro Quinquaginta Marcis grossorum pragensium numeri polonicalis. XLVIIIto grossos pro qualibet Marca computando. libere uendidit et perpetue resignauit Eidem Iasconj et suis legitimis posteris supradictam sextam partem hereditatis in *Parczow* exintegro sibi resignatam perpetuis temporibus tenendam habendam et possidendam, necnon vendendam, donandam et commutandam, ac pro sua suorumque posterum uoluntate, quouis tytulo alienacionis libere conuertendam. Quamquidem vendicionem, empcionem et resignacionem, sic rite et racionabiliter factam, ratam habentes et gratam de benignitate nostra Regia, perpetuis temporibus valituram gratuite confirmamus. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracouie feria quarta post diem Pasche. Sub Anno. domini. Millesimo. CCC. Sexagesimo quinto. Presentibus hijs Testibus, Alberto Palatino Cuyauie, Petro Castellano Woyniciensi. Dyuissio Capitaneo Lanciciensi. Cristino Vexillifero Sandomiriensi. Andrea Subiudice Cracouiensi. Et Wyrzbantha de

Malossow. ac pluribus alijs fidedignis. Datum per manus Joannis doctoris decretorum, decani et Cancellarij nostri Cracouiensis.

1) Oryginał pergaminowy dług. 43, szer. 30 cm. w trzeciej części w miejscu złożenia po lewej stronie zbutwiały i mocno uszkodzony. Na grzbiecie dokumentu znajdują się dwa napisy; pierwszy współczesny brzmi: „priuilegium sexte partis parce“, drugi późniejszym charakterem: „1365. Fra 4ta pt Diem Paschae. Priuilegium Sextae Partis Parce Venditae per Iacussium Suentoslai filium haeredem de Parce Iasconi filio Friczonis pro quinquaginta marcis grossorum Pragensium. Ac Confirmatio Serenissimi Casimiri Regis. N. 17.“ U dołu jest znak z 19. w: „N. 1/844.“

IV. 1367. die 31. mensis Martii, Cracouiae.

Casimirus, rex Poloniae, commutationem unius brascatorii in oppido *Olkusz* et unius stationis cum dimidia carniū in Civitate Cracouiensi pro parte advocatiae in *Olkusz* et hereditate in villa *Parce*, inter Anselmum de Bork, dapiferum Sandomiriensem, ex una, et Iesconem, dictum Crese, filium Friczonis Zarworeht, parte ex altera, initam, approbat. 1)

In nomine domini amen. Dignum est et Juri congruit ut commutationes hereditatum per magnificenciam regiam cum Subditis facte forma egregia scripturarum, et voce testium perhannantur. Igitur nos Kazimirus dei gracia Rex Poloniae necnon Terrarum Cracouie Sandomirie Syradie Lancicie Cujauie Pomeranie Russieque dominus et heres notificamus quibus expedit uniuersis. Quod ad nostram nostrorumque Baronum presenciam accedentes dominus Henselmus de Bork dapifer Sandomiriensis, parte ab una et Iesco dictus Crese quondam friczonis Zarworeht parte ab altera, Commutationem cum hereditatibus subscriptis voluntarie inuicem inierunt videlicet idem Iesco, recipiens ab ipso domino Henselmo dapifero unum Brascatorium in Ilcus Oppido, et unam Stationem cum dimidio Carniū in Ciuitate Cracouiensi, cum addicione viginti marcarum iam sibi solutarum, grossorum pro se et suis heredibus et successoribus legitimis tenendum habendum vendendum ac perpetuis temporibus possidendum eidem domino Henselmo in reconpensam suisque heredibus et successoribus legitimis totam suam partem Aduocacie ibidem in Ilcus et totam hereditatis ville dicte *Parce* Terre Cracouieusis predictae ad ipsum ex successione paterna et materna legitime deuolutas, cum omnibus et singulis suis Juribus. dominijs. fructibus. Censibus. prouentibus, obuencionibus Agris Pratis Siluis Rubetis. Mericis, Gays

Molendinis Piscinis Mellifeyis, Aquis Aquarumue decursibus ac alijs pertinencijs ad dictas partes Aduocacie et hereditatis pertinentibus. quibuscunque nominibus censeantur et prout ipse partes, Aduocacie et hereditatis, in suis limitibus et grenicijs sunt distincte dedit et coram nobis tenendas habendas vendendas commutandas in usus suos beneplacitos conuertendas ac perpetuis temporibus per ipsum dominum Henselnum ipsiusque heredes, et successores legitimos possidendas. memoratas partes tam Aduocacie quam hereditatis tam commutacionis quam vendicionis tytulo voluntarie resignauit. Quasquidem commutacionem, dacionem, et resignacionem, ratas gratas atque firmas habentes, approbamus, ratificamus et de benignitate nostra solita confirmamus. In cuius rei testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Cracouie. Sabbato ante dominicam, qua in dei ecclesia Judica me decantatur. Anno domini Millesimo CCC Sexagesimo Septimo Presentibus Iescone Castellano Cracouiensi, Petro Palatino Sandomiriensi, Dobeslao Wysliciensi, et Iescone Sandecensi, Castellanis. Bodzatha procuratore generali et Andrea Subiudice Cracouiensi, ac alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Janussij doctoris decretorum, nostri Cracouiensis Cancellarij. Scriptum vero per Symonem Notarium nostre Aule regalis.

1) Oryginal pergaminowy, dług. 36, szer. 29 cm. czytelny i w dobrym stanie, ale bez pieczęci i sznurka, po którym tylko w pergaminie wyciśnięty ślad pozostał. Na drugiej stronie dyplomu czytamy: „1367. Sabatho ae. Dni. Julica“. a poniżej napis późniejszy: „Privilegium Casimiri Regis. In quo Henselanus de Bork Dapifer Sandom. et Iasco dictus Creze commutationem fecerunt. Iasco partem suam Aduocatie et totam hereditatem Villae Parcze dictae resignauit Henselmo.“ Obok po lewej stronie: „N. 36.“

V. 1367. die 30. mensis Iulii, Ilcussiae.

Casimirus, rex Poloniae, venditionem villae *Parcze* per Mieczkonem, Janussium, Boguchwalonem, Prysbkonem, Dobeslaum et Adam, fratres germanos, Annam et Stachnam, sorores eorum patruelles, necnon Petrum heredem eiusdem villae *Parcze*, Anselmo de Bork, dapifero Sandomiriensi, factam, - confirmat, - incolasque eiusdem villae ab omnibus praestationibus liberat, a iurisdictione suorum officialium eximit, iureque Teutonico uti concedit.¹⁾

In nomine domini amen. Ut rei geste ambiguitate qualibet propulsata apud presentes heatur et apud posteros certitudo,

Eapropter Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, neonon Terrarum, Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lanciue, Cuyatic, Pomcranie, Russieque dominus et heres, notumfacimus tam presentibus quam futuris Quod in nostra nostrorumque Baronum presencia, insolidum constituti, Miczeo, Janussius, Boguchwal, Prysbeo, Dobeslaus, Adam, fratres germani, Anna, et Stachna, sorores ipsorum patruales, nec non Petrus, heredes de Parcz uilla, terre Cracouiensis et prope *Ilcus*, sani mente et corpore, non coacti non decepti aut inprouide, sed uoluntarie et deliberacione secum et cum amicis suis prehabita deligenti, totam eorum partem hereditatis uille *Parcz* predictae quam ibidem ex successione legitima dinoscuntur obtinere, cum omnibus et singulis Iuribus. dominijs. fructibus, Censibus, obuencionibus, prouentibus et specialiter fraccione lapidum molarium uel cuiuscunque alterius generis fore dinoscuntur, agris, Pratis, Siluis, rubetis, Gays, Molendinis Piscinis, Mellificijs, aquis aquarumue decursibus, ac alijs pertinencijs ad dictam totam partem hereditatis pertinentibus, quibuscunque nominibus exprimentur, et prout eadem tota pars hereditatis in suis limitibus est distincta Discreto ac Prouido uiro domino Henselmo de Bork, dapifero Sandomiriensi suisque heredibus et successoribus legitimis supradicti. fratres cum Sororibus ipsorum pro nonaginta sed Petrus pro uiginti una marcis grossorum Pragensium, quadraginta octo pro marca qualibet computando, rite et racionabiliter uendiderunt, et coram nobis dictam partem totam hereditatis, tenendam, habendam, vendendam, commutandam, in usus suos beneplacitos conuertendam ac perpetuis temporibus per ipsum dominum Henselnum, suosque heredes et successores legitimos possidendam iure hereditario libere resignauit. Quasquidem uendicionem, et resignacionem, ratas, gratas atque firmas habentes, approbamus ratificamus et Virtute presencium confirmamus. Absoluentes et perpetue eximentes omnes et singulos: Kmethones et Incoles, (sic) pretacte tote partis hereditatis *Parcz* ab uniuersis prestationibus et Iudicijs omnium: Palatinorum: Castellanorum: Iudicum: Subiudicum, ac: Ministerialium eorundem Regni nostri ita quod coram ipsis sut ipsorum aliquo, pro causis tam magnis quam paruis, citati minime respondebunt, sed coram: Aduocato in *Ilcus* Opido pretacto, qui pro tempore fuerit. non aliter nisi Iure theutunico uidelicet Maydeburgensi modo aliorum: Opidanorum ibidem in *Ilcus* respondere ad obiecta perpetuis temporibus cuilibet sint astricti. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum duximus appendendum. Actum in Ilcus Sexta feria ante diem beati Petri ad Vincula. Anno domini Millesimo. CCC. Sexagesimo Septimo. Presentibus Iescone Castellano, Andrea Palatino, Cracouiensibus, Petro Palatino, Wylczcone Castellano, Sandomiriensibus, Bodzatha Procuratore generali, et Andrea Sub-

iudice Cracouiensi ac alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Janussij doctoris decretorum nostri Cracouiensis Cancellarij. Scriptum vero per Symonem Notarium Aule nostre Regalis.

1) Oryginał pergaminowy dług. 37, szer. 30 cm. w dobrym stanie i czytelny, ale bez pieczęci i sznurka, po którym tylko wyciśnięty w pergaminie ślad pozostał. Na odwrotniej stronie w środku u góry znajduje się zatarty napis współczesny, zawierający prawdopodobnie treść dokumentu. Poniżej charakterem z 17. w. umieszczony napis brzmi: „1367. Fra. 6 ae diem B. Petri ad Vincula. Parcze a legitimis heredibus emit d. Henselinus de Bork pro 90. Marcis sed d. Petrus pro 21.“

VI. 1368. die 18. mensis Aprilis, Cracoviae.

Casimirus, rex Poloniae, venditionem partis hereditatis in villa *Parcze* per Hancam, Preclai filiam, Anselmo Bork, dapifero Sandomiriensi, pro viginti marcis legaliter factam, confirmat.¹⁾

Nos Kazimirus dei gracia, Rex Polonie, Notumfacimus, tam presentibus quam futuris, quibus expedit uniuersis Quod ad nostram, Baronumque nostrorum, accedens presenciam, Hanca filia Preczslay, tunc heres de *Parczow*, uxor Johannis, non compulsa, non coacta, nec aliquo dolo, aut fraude seducta, sed de mera sua uoluntate. consilioque maturo prehabito, totam partem, seu porcionem, quam habuit. in predicta hereditate, ipsam ex successione paterna contingentem, in terra Cracouiensi prope *ylbus* sitam, famoso viro domino Handzlonj burg Dapifero Sandomiriensi. et sue legitime posteritati. pro viginti marcis uidelicet decem marcis in grossis. grossorum Pragensium, et. decem marcas in moneta in Regno communiter currente, numeri Polonicalis, quadraginta octo. grossor. marca pro qualibet computando, cum omnibus et singulis utilitatibus, scilicet. Agris. Pratis. Pascuis. Piscinis. Aquis. aquarum decursibus, Molendinis Siluis. Borris. Mericis. seu Quercetis Mellificijs. Rubetis. Censibus Redditibus. Prouentibus. obuencionibus, ac generaliter cum fructibus, qui nunc ibidem sunt, uel in futurum erunt, uniuersis, prout dicte partes hereditatis, in suis terminis et gadibus, circumferencialiter longe lateque, sunt distincte, et. limitate, nichil Iuris, et, dominij pro se aut suis propinguis quibuslibet, reseruando, libere vendidit, et rationabiliter perpetuis temporibus resignauit Per iandictum dominum Handlonem, et. suos successores tenendas habendas. possidendas. comutandas. donandas. vendendas et quomodolibet conuertendas. Quam

quidem empcionem, vendicionem resignacionemque ratam gratam habentes et. firman ipsam approbamus, roboramus, et ex certa sciencia nostra perpetuo confirmamus, Harum nostrarum testimonio literarum. Actum et datum Cracouie feria secunda in conductu Pasche Anno domini Millesimo CCC. Sexagesimo Octauo, Presentibus domino Iohanne Cracouiensi Wylezcone Sandomiriensi. Petro Sandecensi. Castellanis Bodzatha Procuratore generali. Andrea Subiudice Cracouiensi et. domino Iohanne de czarncowo vicecellario. Regni nostri per cuius manus transiuit.

1) Dokument pergaminowy dług. 34, szer. 19 cm. w dobrym stanie przechowany, bez pieczęci, po której pozostał pasek pergaminowy z częstkami wosku czerwonego. Na grzbiecie dokumentu po prawej stronie u góry czytany współczesny napis, dziś w części zatarty: „Quomodo Hanca filia Preczslaj uxor Iohannis de parcz vendidit partem ipsius in eadem parcz. 1368.“ Poniżej znajdują się jeszcze dwa inne napisy z w. 18; a: „N. 48. Hanca vendit portionem suam in Parce dapifero Sandomiriensi“ b: „Priuilegium Serenissimi Casimiri Regis. In quo Hanca filia Praecislai Vxor Ioannis sortem suam in Parcze vendit.“

VII. 1368. die 22. mensis Iunii, Ilcussiae.

Casimirus, rex Poloniae, venditionem villae *Parcze* per Thomam de Chechel, Miczonem Lysecowicz, Martinum, filium Venceslai, Martinum et Ianussium, fratres, Helenam, uxorem Miczconis, Barthonem, Swachonem et Joannem, fratres, Pesconem Oczkowicz, Woytalonem, Raphaellem et Blasium, fratres, et Paulum, dictum Swech, Anselmo Bork, dapifero Sandomiriensi, pro 210 marcis grossorum pragensium factam, confirmat.¹⁾

Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, etc. Notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit uniuersis, Quod accedentes ad nostre magestatis presenciam, fideles nostri Thomas de Chechel, Miczco Lysscowicz, Martinus filius Wenczeslai, Martinus et Janussius fratres, Alena uxor Miczconis. Bartheo, Swacho et Ian, fratres, Pessco Oczkowicz, Woytal, Raphael et Blasius fratres, Paulus dictus Swech. heredes de *P[arcz]* sani mente et corpore exi[stent]es, non compulsi, sed ex certa sciencia, et bona deliberacione animi ipsorum prehabita, *P[artes]* ipsorum predictae hereditatis *Parcz*, terre Cracouiensis prope *Ilcus*, ipsos legitime contingentes, Cum omnibus iuribus dominio et [prouentibus] uniuersis, ad dictas partes hereditatis in *Parcz*, in terra et aqua quomodolibet spectantibus, prout ipse partes predictae hereditatis

in suis granięijs noscuntur limitate, Nichil iuris dominię uel proprietatis prefati: heredes in dictis partibus pro se aut suis: propinguis in prefata hereditate penitus reseruando, Nobili uiro, domino Hendzloni dicto Bork, dapifero terre Sandomiriensis, Cui Cracouiensi, pro. CC. et X. marcis grossorum pragensium, [iu]re hereditario, vendiderunt. et coram nobis perpetuo resignarunt. Per ipsum dominum: dapiferum Sandomiriensem suosque ueros heredes [predictas parte]s hereditatis in *Parcz*, libere tenendas et pacifice possidendas, vendendas, et pro sua voluntate quomodolibet conuerten [das. Q]uasquidem. vendicionem empcionem et resignacionem rite factas, ipsas approbamus, et ex certa sciencia perpetuis [temporibus] confirmamus. Harum quibus, Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Ilcus, in octaua beati Viti, Sub Anno domini M. CCC. LXVIII. Presentibus, Petro Castellano Sandecensi, Swantoslao Camerario, Andrea Subiudice, Cracouiensi, Pelca Marsszalcone Curie nostre, dimitrio Vicethesaurario, Ioanne Vicecancellario per cuius manus transiuit, et alijs multis fidedignis.

¹⁾ Oryginał pergaminowy dłuę. 28, szer. 22 cm. znacznie nadpsuty, bez pieczęci, po której pozostał tylko kawałek paska pergaminowego. Na odwrotnej stronie znajduje się współczesny napis: „Quomodo Thomas de cechel, Miczko luschouicz, Martinus et filius uenceslaj Martinus et Janusschius fratres Helena uxor Miczkonis Barthko Swancho et Jan fratres Pesco oczkouciz wytal raphael et blasius fratres, paulus Swech, vendiderunt partes ipsorum in Parcze.“

VIII. 1373. die 19. mensis Iunii, Cracouiae.

Elisabeth, Ungariae et Poloniae senior regina, venditionem partis hereditatis in villa *Parcze*, ad Margaretham, Bogussii filiam, spectantis, ab eadem Margaretha Ioanni Bork, dapifero Sandomiriensi, pro quattuordecim marcis grossorum pragensium factam, ratam esse iubet.¹⁾

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Elisabeth dei gracia Ungarie et polonie senior regina. noticie uniuersorum declaramus, Quod ad nostram: Baronumque nostrorum ueniens presenciam honesta domina Margaretha filia Bogussij, tunc heres de *Parczow* uxor Stassconis ibidem, sana mente et corpore existens non compulsa uel seducta, sed spontanea uoluntate et consilio prehabitis totam partem suam seu porcionem, quam ibidem [ex succes]sione suorum parentum legitime habuit tenuit et possedit, famoso uiro domino Iohanni Burg. dapifero

Sandomiriensi Zupparioque nostro fideli, pro quatuordecim Marcis grossorum pragensium, numeri polonicalis. CLVIII. grossos marca pro qualibet computando, cum omnibus utilitatibus videlicet agris pratis pascuis Siluis rubetis aquis aquarum decursibus piscinis censibus, ob[ue]ncion]ibus. ac generaliter cum omnibus et singulis, fructibus, qui nunc in dicta porcione predictae Margarethe habentur. uel haberi poterint in futurum nichil pro se uel suis propinguis quibuscunque reseruans, rite uentidit et rationabiliter resignauit, per iamdictum dominum Iohannem Burg. et suos legitimos successores tenendam habendam possidendam obligandam commutandam et prout sibi ac eius posteris utilius atque melius uidebitur libere conuertendam Quamquidem empcionem uendicionem resignacionemque ratam gratam habentes et firmam, approbamus roboramus et perpetuis temporibus confirmamus Harum nostrarum testimonio literarum quibus nostrum sigillum est appensum. Actum et datum Cracouie feria quarta infra octauas Corporis Christi Anno domini Millesimo CCC. Septuagesimo tercio, Presentibus Nicolao Iudice Mscziwgio Subcamerario Wlodecone pincerna Cracouiensibus. Clemente de Nascichowieze Subagazone, alio Clemente de quilina necnon uenerabili viro domino Zauissio Archidyacone Cracouiensi. et vicecancellario Curie nostre per cuius manus presens priuilegium transiuit.

¹⁾ Oryginał pergaminowy dług. 30, szer. 20 cm. zezerniały i w kilku miejscach zbutwiał, opatrzony był niegdyś pieczęcią, po której pozostał sznurek kręcony z jedwabiu różowego i zielonego. U góry na stronie odwrotniej umieszczony był pierwotnie napis współczesny, dziś z powodu zatarcia nieczytelny. Poniżej umieszczono w 18. w. inny napis w tém brzmieniu: „1373. Margaretha filia Bogussii haeres de Parczow, uxor Stasconis. Vendit portionem suam d. Joanni Burg dapifero Sandomiriensi pro Marcis 14. Anno 1373. Ac Confirmatio Serenissimae Elisabeth Ungariae et Poloniae Reginae.“

W r. 1670. sporządzono dla łatwiejszego odczytania tego dokumentu jego odpis, który w wielu miejscach różni się od oryginału.

XLIII. 1374. die 6. mensis Iulii, Cracouiae.

Elisabeth, Ungariae et Poloniae senior regina, libertatem colendarum fodinarum in spatio unius miliarii circa civitatem Ilcussiensem ad sex annos, salvis regalibus, concedit.¹⁾

Elizabeth Dei gratia Ungariae et Poloniae senior Regina. Notificamus universis quod ad instantes praeces fidelium nostrorum, ciuium, ac montanorum ilcussienisium, ordinationem infrascriptam non tantum profectum nostri thesauri, quantum eorundem ciuium,

et montanorum, ac mineram in ibi querentium, utilitatem et commodum gratuite considerantes, fecimus in hunc modum, videlicet: quod praefati ciues et montani de quibuscunque mundi partibus fuerint, mineram plumbi seu argenti, juxta modum, et consuetudinem primitus obseruatam, in spatio unius miliaris, ex omni parte dictae ciuitatis retro et ante, infra spatium sex annorum continuo sese sequentium, incipiendo a festo Sancti Michaelis Archangeli, proxime nunc venturo, et in tali festo ejusdem Sancti Michaelis, videlicet anni sexti elapsi terminando, quam purgatam et conflata, ac in plumbum et argentum, propriis illorum expensis, laboribus et impensis, seu facultatibus quibuslibet redactam, iidem monetarii et ipsorum quilibet, ratione supremi domini, nobis et ad nostrum thesaurum, zuppario seu zuppariis nostris, quos tunc praeficiemus eisdem, undecimam marcam argenti, et undecimum centenarium plumbi dare et assignare tenebuntur, decem partes ipsorum argenti et plumbi, damus eisdem et cuilibet ipsorum de nostro, et baronum nostrorum consilio, liberam facultatem in spatium sex annorum ut praefertur, vendendas, exportandas, et deducendas, in et extra regnum nostrum, terras et dominia nostra, quocunque et quantumcunque ipsorum placuerit voluntati, libere et sine aliquo impedimento, saluis tamen praemissis, et aliis iuribus nostri regalibus, scilicet denariorum liberalium vulgariter freihaller, de quolibet centenario unum denarium, et de uncis abscissis puta haken nominatis, seu aliis causis judicialibus ad zuppariale iudicium pertinentibus, quae pro nobis specialiter exponimus et reseruamus, prout antiquitus fuerat in consuetudine obtenta. In cuius rei testimonium, sigilla nostra Ungariae et Poloniae praesentibus sunt appensa. Actum et datum Cracouiae, in octaua Beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, praesentibus Serenissimo Principe Domino Vladislao Duci Opoliae et Russiae, nec non strenuis militibus nostris fidelibus dominis Petro sandomiriensi, Dobeslao cracouiensi, palatinis, Joanne marschalco regni Poloniae, sandomiriensi capitaneo, Ottone castellano wisliciensi. Datum per manus honorabilis viri domini Janussi archidiaconi et cancellarii cracouiensis.

¹⁾ Oryginał pergaminowy długość 28, szer. 16 cm. w dobrym stanie. Na pasku pergaminowym pozostała częśćka pieczęci.

IX. 1376. die 2, mensis Februarii, Cracoviae.

Egidii de Radwanowice, advocati provincialis iuris Teutonici in castro Cracoviensi decretum, ordinationem inter Andream, Nicolaum et Cristinam, pueros olim Philippi, advocati Ilcusiensis, et Ioannem de Bork, dapiferum Sandomiriensem, per arbitros: Pesconem Wynrici, Ioannem Bork, iuvenem, Nicolaum Zrebnik, alias Hynczam, et Nicolaum Edlingy, factam confirmans.¹⁾

Nos Egidius heres de Radwanowicz, Cuius quoque Cracoviensis, ut Iudex seu Aduocatus Prouincialis, Iuris theotonici in Castro Cracouiensi, per Magnificum Principem dominum Ledouigum dej gracia, Regem Hungarie et Polonie illustrem, una cum: Scabinis infrascriptis, ad id specialiter deputatus. Ad noticiam uniuersorum, tam presencium quam futurorum, quorum audientium presentes fuerint recitate. pateat euidenter. Quod cum nostram venissent ad presenciam, Nobilis vir dominus Johannes Bork, dapifer Sandomiriensis, Cuius quoque Cracouiensis, ac etiam Andreas, Nicolaus, et Cristina, conterim, pueri olim Philippi, quondam Aduocati Ilcussensis, volentes ipsi domino Iohanni Bork, mouere, in Iudicio Bannito questionem. Tandem amicabili inter eos compositioe interueniente, Nicolaus cum Cristina, eius sorore ipsis recipientes, Andream ipsorum fratrem, in tutorem, parte ab utraque, dominus Johannes Bork, et Andreas sepius nominati, compromiserunt in arbitros arbitratores, et legitimos compromissores. uidelicet, uiros uirtuosos, et deminos, Pesconem Wynrici, et Iohannem Bork, Juuenem, Hynczam scriptum Nicolaus Zrebnik et Nicolaum Edlingy, sic inter partes firmantes, ut quidquid per ipsos arbitros, inter eos actum fuerit, sue ordinatum, ratum habituri, et gratum, singula gesta per eosdem. Qui et sic ordinauerunt. quod dominus Johannes Bork habet dare Andree, Nicolao, et Cristina, (sic) contermis prius nominatis, septuaginta quatuor marcas grossorum, hoc est ad diem Sancti Stanislaj martiris maio uenturam. XXXIV. imperato, adinstans vero festum sancti Jacobj apostoli gloriosi, XLta, Et si dare negligent, datam perdent et adintegrum tenentur exsoluendum. Nos vero, ordinationem, sic inter ipsos racionabiliter factam, ratam habentes, et gratam, ipsam confirmamus, et Sigilli appensione communimus. Actum et datum Cracouie feria quarta, post dominicam qua cantatur Judica me, proxima. Anno dominj Millesimo. Trecentesimo, Septuagesimo sexto, Presentibus, Arnolde de Ogrodzeneccz, Petro de Bibicz, Wenczeslao de Istebnik, Stephano de Brunouiecz. Francisco de Mechouia.

Mirolao de Czubroniecz, Stascone de Zlegoczew, Scoltetus et Iuratis ac alijs multis.

¹⁾ Dokument pergaminowy dług. 29, szer. 24 cm. dobrze zachowany. U dołu znajduje się na pasku pergaminowym część pieczęci, w otoku której odczytać można: „S. THEV . . .“ Na przeciwnéj stronie dokumentu w środku znajduje się napis z w. 18: „1376. Philippi Aduocati Ilkussiensis puerorum cum Iohanne Bork Concordia. N. 28.“

X. 1387. die 29. mensis Decembris, Visliciae.

Vladislaus, rex Poloniae, privilegia civitati Ilcussiensi, quorum documenta incendio deleta sunt, restituit, omnia iura removet, civesque eiusdem civitatis iure Magdeburgensi sine ullo impedimento gaudere permittit.¹⁾

In nomine domini amen. Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non Terrarum Craeouie Sandomirie Syradie Lancicie Cuyauie Lithwanie Princeps Supremus Pomercanie Russieque dominus et heres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Regia celsitudo nostra multimodis tunc laudum attollitur preconijs tum ad suorum fidelium utilitatem et profectum magnifice tendit ad illorum specialiter qui titulis insigniuntur honestatis. Quin ymo concessionibus eciam et largicionibus Illustrium Principum quodammodo vetustate temporum ad defectum sterilem defluentes pio dignatur patrocinio per translacionem in meliores condiciones eisdem reuocare. Quum itaque ad nostre maiestatis presenciam venientes nostri fideles Ciues nostre Ciuitatis Ilcussiensis claris testimoniis et euidencibus documentis probauerunt et euidencius ostenderunt quod et quomodo tittere priuilegiales desuper Iuribus ipsorum signanter et presertim super Iure Theutonico Maydburgensi (sic) quo nichilo minus gaudent et fruuntur per ignis incendium sunt combuste. Nos igitur indemnitatibus ipsorum occurrere graciosius cupientes desiderantesque Ciuitatem nostram Ilcussiensem predictam ac Ciues et Incolas ipsius sub nostre maiestatis felici regimine felicia suscipere incrementa ut et thesaurus noster ad cuius augmentum nos cura suscepti regiminis sollicitat futuris usibus lacius instauretur Considerantes quoque multiplicia fidelitatum insignia quibus iidem Ciues et Incole ipsius nostre Ciuitatis Ilcussiensis maiestatem nostram sunt hactenus venerate sed adhuc maiori fidelitatis studio se poterint reddere tantummodo graciores Quorum intuitu eisdem Ciuibus et Incolis nostre Ciuitatis Ilcussiensis predictae Ius Theuthonicum Maydburgense restituimus damus quoque et appropriamus perpetuis temporibus duraturum Remouentes ibidem omnia Iura polonica modis et consuetudines

uniuersos qui Ius ipsum Theutonicum Maydburgense predictum perturbare consueuerunt Eximius insuper absoluius et perpetuo liberamus Aduocatum et Ciues ac Incolas ipsius nostre Ciuitatis Heussiensis ab omnibus iurisdictionibus et potestatibus omnium Regni nostri Polonie Palatinorum Castellanos Iudicum Subiudicum ceterorumque officialium et Ministerialium eorundem. Ita quod coram ipsis aut eorum aliquo pro causis tam magnis quam paruis puta sanguinis homicidii incendii furti membrorum mutilacionis et quibusuis aliis citati minime respondebunt nec aliquas penas soluere tenebuntur. Signanter volumus firmo edicto regio statuente quod iidem Ciues et Incole Ciuitatis nostre Heussiensis supradicte cum bonis et rebus ipsorum pro debitis quibuscunque in Ciuitate nostra Cracouiensi per quempiam aretati non debeant nec in causis huiusmodi debitorum ibidem quomodolibet iudicari quibus eciam Iuribus alias freti sunt et gausi prout per Barones nostros de eodem sumus plenius informati. Sed tantum Ciues et Incole ipsius nostre Ciuitatis coram ipsorum Aduocato uel nostro Iudicio Iuris Theuthonici supremo si idem Aduccatus in reddenda iusticia negligens fuerit dum tamen per literam nostram sigillo nostro signatam euocatus fuerit tunc non aliter quam Iure ipsorum Theuthonico Maydburgensi predicto cuiuslibet ad obiecta respondere sint astricti: In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressatis Aduocato dicte nostre Ciuitatis Heussiensis Iudicandi Sentenciandi et puniendi damus et conferimus plenam et omnimodam facultatem prout hoc Ius Theuthonicum Maydburgense predictum in omnibus suis punctis et clausulis condicionibus articulis et sentenciis postulat et requirit. Harum nostrarum quas appensione sigilli communi fecimus testimonio literarum. Actum in Wislicia Sabbato proximo post festum beati Johannis Apostoli Anno domini Millesimo Trecentesimo Octoagesimo Sexto. Presentibus hijs Validis et Strenuis Viris Dobeslao Castellano Cracouiensi Johanne Sandomiriensi Sandziuogio Calissiensis Palatinis, Kreslao Castellano Sandomiriensi Kreslao Subiudice Petro Schaffranecz Subdapifero Cracouiensi et alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Venerabilis Zaliche propositi Sandomiriensis Aule nostre Cancellarii fidelis dilecti.

1) Oryginal pergaminowy dług. 48, szer. 46 cm. bez pieczęci, po której pozostał sznurek z jedwabiu pąsowego i zielonego skrecony. Na grzbiecie dokumentu znajduje się kilka napisów, z których a) najstarszy u dołu po lewej stronie brzmi: „litera Capitalis priuilegij Iuris theutonici.“ b) Obok tego jest inny napis późniejszy: „Conceditur Ius Theutonicum Ciuibus Heussiensibus post Conflagrationem urbis Anno 1386. N. 1.“ c) W środku zaś czytamy: „1386. Sabbato post festum S. Johannis Apostoli.

Noua Erectio post Conflagrationem originalis Priuilegii. N. 10.^a d) Po prawej stronie: „Przywilejem Władysława króla, po pogorzeli miasta Olkusza, wyjęci są Obywatele miasta z pod wszelkich Jurysdykcyi królewskich, a dozwolono rządzenia się prawem Theutoiskiem. 1386. N. 16.“

XI. 1407. die 3. mensis Decembris, Ilcussiae.

Consules Ilcussienses obligationem haereditatis in villa *Paureze*, allodii et balnei a Petro Borg (Petyrborg), advocato Ilcussiensi, fratri suo germano Joanni Borg (Hansborg) civi Cracoviensi factam, testificant.¹⁾

Nos Petrus Kromyr Nicolaus cluge Nicolaus Ammeltung Nicolaus Vyngyr consules Ilkussienses notificamus uniuersis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quod et quomodo dominus Petyrborg aduocatus ylkusiensis sanus mente et corpore, matura deliberacione prehæbita sanoque suorum fretus consilio amicorum volens sui status incommodis sibi ob temporis maliciam incumbenribus operiosius proinde totalem partem hereditatis sue in uilla *paureze* nec non allodium extra et balneum intra muros ciuitatis Ilkussiensis cum omnibus et singulis utilitatibus, censibus, fructibus redditibus, obuencionibus, pertinenciis et appendiis uniuersis ad ipsam partem hereditatis allodium et balneum quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominibus censeantur, circumspecto uiro domino hansborg civi Cracouiensi fratri suo germano in centum nonaginta marcis uidelicet in quadraginta quinque latorum grossorum pragensium et in centum quadraginta quinque marcarum quartensium numeris polonicis consueti obligauit et iusto obligacionis titulo resignauit condicionibus tamen infrascriptis superadditis notabiliter et expressis, quod si prefatus dominus Petyrborg predictas centum nonaginta marcas grossorum numeris et moneta predictarum memorato domino hansborg infra festum pasche nunc diem obligacionis huiusmodi continuo succedens soluere potuerit extunc predicta pars hereditatis in *paureze* allodium et balneum ad dominium et possessionem plenam et liberam prefati domini Petyrborg qualibet occasione seu difficultate sublata redire deberent et reuerti. In casu uero quo prefatus dominus Petyrborg prescriptam summam pecunie supradicto domino hansborg infra tempus suprascriptum non soluerit, extunc sepefatus dominus hansborg predictam partem hereditatis in *paureze*, allodium et balneum in eadem summa pecunie tenendi possidendi et utifruendi liberam habet et omnimodam potestatem a predicto festo pasche usque ad festum Natalis domini tunc immediate succedentis et ita de temporibus annorum sese continuo sequencium inter

ipsos alterutrum dispositum est teneri nisi forte sepefatus dominus hannsberg iam dicto domino Petyrborg alio anni tempore preterquam in natiuitate domini predictam hereditatis partem in *paarce* allodium et balneum ex caritate fraterna a se permiserit liberari et in signum obligacionis et condicionum predictarum idem dominus Petyrborg literas suas et priuilegia super aduocacia sua predicta de certa sciencia sepedicti domini hannsberg apud nos in pretorio reposuit cum effectu disponens et prouidens coram nobis ceterisque fidedignis ut dum quocunque tempore temporum predictorum supradictam summam pecunie pro redempcione et exsolucione predictae partis hereditatis in *paarce* allodii et balnei prefatus dominus Petyrborg leuauerit et eam dicto domino hannsberg exhibuerit et reposuerit extunc supradictas literas suas et priuilegia sic ut premittitur apud nos in pretorio repositas plenam haberet recipiendi uiceuersa et omnimodam potestatem ac liberam uoluntatem. In quorum omnium testimonium et euidentiam clariorem sigillum nostrum presentibus est appeusum. actum et datum in Ilkus in uigilia sancte Barbare uirginis Anno domini M^o. quadringentesimo septimo.

1) Dokument pergaminowy dług. 41, szer. 29 cm bez pieczęci, dobrze zachowany. Na odwrotnej stronie znajduje się napis: *Invadiatio Balnei intra muros Ciuitatis Ilkussiensis et allodii in villa Parce.*“ Poniżej czytamy: „*Balneum et Allodium inuadiunt Dominus Petyr burg Domino Hansburg fratri suo germano in centum Nonaginta Marcis. 1407. N. 14.*“

XII. 1410 die 16. mensis Februarii, Przyszów.

Vladislaus, rex Poloniae, cives Ilcussienses ab omnibus teloneis camerae regiae solvi consuetis liberat, teloneatoribusque suis mandat, ne ab iis eiusmodi teloneum exigant.¹⁾

Vladislaus dei gracia Rex Polonie Lithwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus uniuersis quibus expedit presencium noticiam habituris Quod licet regalis dignacionis circumspecta de sue liberalitatis munificencia uniuersorum ex officii debito subditorum quadam generalitate utilitati dignetur intendere et ea que grata Ipsorum commoda censentur efficere consideratione graciosa propendat. Ad illorum tamen procuranda utilitatum commoda quodam singulari fauore diligentius Inclinatur quos intemerata fidei firma constancia et inueterata laboris diurnitas claris testimoniis recommendant. Sane considerantes clare fidei studia et laboris indefessi solerciam quibus Consules Ciues et

Incole Ciuitatis nostre Ilcussiensis Maiestatem nostram sunt hactenus venerati habito eciam respectu ad multiplicia fidelitatum fructuosa seruicia quibus ijdem Consules Ciues et Incole nostre Ciuitatis Ilcussiensis predictae ad instaurandos honores nostros ac ad augendos fructus et redditus camere nostre in montibus tam argenti quam et plumbi multo diligencie conatibus fidelissime laborarunt et nunc adhuc ad aucto fidelitatis studio prompta sollicitudine ad id ipsum continuo non desinunt aspirare. Quorum intuitu cupientes prefatos Consules Ciues et Incolas ipsius nostre Ciuitatis Ilcussiensis specialium graciaram prosequi fauoribus volentesque ex eo condicionem eiusdem Ciuitatis facere meliorem vt sub nostro felici Regimine in bonis vtilibus et in multitudine populi felicia recipiat incrementa prefatis Consulibus Ciuibus et Incolis predictae Ciuitatis nostre Ilcussiensis omnes et singulas daciones exacciones et soluciones Theloneorum cameram nostram concernencium indulsumus et pepercimus ac de nostre liberalitatis munificencia tenore presencium graciosius indulgemus ad nostre regalis beneplacitum voluntatis. Vobis igitur omnibus et singulis Theloneatoribus per vniuersum Regnum nostrum Polonie vbilibet constitutis seriose precipientes nostris damus firmis regalibus in mandatis quatenus prefatos Consules Ciues et Incolas nostre Ciuitatis Ilcussiensis sepe dicte cum rebus ipsorum et mercibus cuiuscunque generis vel speciei valoris ac precii fuerint per loca passus et spacia super quibus Theloneum huiusmodi dari consuetum est et erigi transeuntes libere et sine quolibet impedimento transire permittatis dum et quociens id ipsum contigerit exerceri Secus in premissis non facientes prout nostri culminis indignacionem volueritis euitare. Datum in Przyssow die dominico Reminiscere etc. Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nostre celsitudinis sub sigillo.

1) Oryginal pergaminowy dług. 48, szer. 26 cm. czytelny i dobrze zachowany. U dołu na sznurku kręconym z jedwabiu pasowego i zielonego wisi małą na wosku czerwonym wyciśniętą pieczęć z Orłem i Pogonią, w otoku której jest napis: „+ Wladislaus: Dei: Gracia: : : Rex : Polonie : Electas : : : .“ Na grzbiecie dokumentu znajduje się kilka napisów z różnych czasów odmiennym charakterem. a) U góry: „N. 22. 1410. Dominica Reminiscere. Priuilegium Wladislai Regis super libertate a teloneo.“ b) ad Beneplacitum.“ c) „Przywilej króla Władysława uwalniający od opłaty mostowego i cła w przewozie Ołowju. N. 14.“

XIII. 1426. die 7. mensis Iunii, Ilcussiae.

Vladislaus, rex Poloniae, officialibus suis mandat, quatenus cives Ilcussienses circa eorum privilegia conservent neque ad iudicia sua trahant, literasque huic mandato contrarias annulat et cassat.¹⁾

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithwanieque Princeps supremus et heres Russie etc. Capitaneis Vicecapitaneis Procuratori Iudici Subiudici Cammerarijs Subcammerarijs ceterisque Officialibus Iudicijs Cracoviensibus et alijs particularibus terrestribus presidentibus fidelibus nostris dilectis presentibus requirendis. Graciam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti. Reposuerunt Maiestati nostre Consules et Ciues Ilkussienses fideles nostri dilecti, quomodo a nominatis personis eciam quandoque et priuatis ad Iudicia vestra contra priuilegia ipsis per antecessores nostros et nos tradita traherentur eisdemque iudiciorum strepitibus non medioeriter molestarentur, grauarentur et turbarentur. Quare vobis insolidum et uestrum cuilibet firmis nostris Regalibus damus in mandatis, quatenus Ciues prefatos Ilkussienses circa priuilegia eorum conseruaretis, quos et nos decernimus conseruandos ad instanciam quarumcunque eorum se citari et iudicari nulla presumatis racione. Et si que littere de cancellaria nostra hijs contrarie extracte fuerint eas annullantes presentibus irritas decernimus et inanes Secus facere non ausuri graciae nostre subobtentu. Datum in ylkus feria sexta proxima post octauas Corporis Christi Anno Domini Millesimo Quadringentesimo vigesimo Sexto. Ad relacionem venerabilis Iohannis decani Cracouiensis Regni Polonie Cancellarii.

¹⁾ Oryginal pergaminowy dlug. 31, szer. 24 cm. znacznie przyczer-
niały, zbutwiały i w miejscach nie zapisanych podziurawiony, jednak
jeszcze czytelny — bez pieczęci i paska, po którym ostatnim tylko ślad
pozostał. Na grzbiecie dokumentu znajduje się napis: „Feria 6. post
Octauam Corporis Christi. Uwolnienie Władysława króla Obywateli Olku-
skich od stawania w różnyh sądach. N. 15.“

XIV. 1434. die 5. mensis Aprilis, Cracoviae.

Vladislaus, rex Poloniae, officialibus suis, et praecipue Ioanni Manzik, mandat, ne a civibus Ilcussiensibus contra eorum libertates telonea et decimas exigant.¹⁾

Wladislaus dei gracia Rex polonie lithwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Vniuersis et singulis Capitaneis Tenentarijs Burgrabijs Theloneatoribus Procuratoribus Magistris

ciurum Ciuitatisque Consulibus et alijs officialibus per et infra Regnum nostrum Constitutis fidelibus nostris dilectis Graciam Regiam et fauorem et signanter Iohanni Manzik et ipsius Burgrabijis. Fideles nostrj dilecti. Constituti hic apud Nos Ciues nostrj de Ilcusz et reposerunt coram nobis literas et munimenta Regis Kazimiri diue memorie antecessoris nostrj similiter et nostras. perpetuas que habent de non solucione Theloneorum, exposueruntque nobis querulose quomodo vos et vestrj officiales Thelonea et decimas in ipsis contra huiusmodi libertates perpetuas recipitis. Nosque de Consilio prelatorum munimentorum predictorum ipsos circa huiusmodi libertates conseruare volentes vobis omnibus predictis officialibus et signanter tibi Iohanni Manzik et Burgrabijis tuis, qui literas nostras minime curatis seriose comitimus et mandamus quatenus Ciues predictos circa huiusmodi libertates ipsorum perpetuas quas habent de non solucione predictorum Theloneorum auctoritate nostra Regia conseruare debeatis nec ipsos de cetero in aliquo impedire presumatis alias si secus feceritis vigilabimus taliter quod pro huiusmodi in aduertencia et inobediencia vestra non nobis sed vobismet ipsis imputabitis secus non facturis. Datum in Cracouia feria secunda post Conductum pasche Anno etc XXX quarto. Ad mandatum domini Regis. Iohannes de Conyeczpole Regni Polonie Cancellarius.

1) Oryginal pergaminowy dług. 25, szer. 20 ctm. cokolwiek nadpsuty i dlatego trudny do odczytania. U dołu znać ślad po oderwanj pieczęci przytwierdzonej pierwotnie do pergaminu na czerwonym wosku. Na grzbiecie przywileju u góry po lewój stronie znajduje się napis współczesny: „Confirmacio de non soluendo theloneo“, a w środku inny napis późniejszy: „1304. (błędnie zamiast 1434) Fra. 2. pt. Conductum Paschae. Libertas a Theloneo. Cte. Mostowego.“

XV. 1434. die 21. mensis Augusti, Cracouiae.

Vladislaus III, rex Poloniae, querelam inter ciues Ilcussiensis et Ioannem Szwedniczar, civem Cracouiensem, ratione fori liberi carniurum, a Vladislao II. civitati concessi, exortam, dirimit, consulibusque deponendi eiusdem fori liberi dat potestatem.¹⁾

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithwanique Princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris. Quomodo diue memorie genitor noster carissimus dominus Wladislaus dei gracia Rex Polonie etc. Seruiss-

simus dum agebat in humanis ad instantes petitiones atque uota Incolarum Ciuitatis et Sectorum Montium Ilkussiensiū forum carniū liberū pro usu et commodo ipsius Ciuitatis Ilkussiensi ac augmento Sectorum et aliorum laboratorum Montium predictorum in dicta Ciuitate Ilkussiensi concessit et indulisit celebrari singulis Septimanis. Etsi Carnifices Ciuitatis eiusdem aliquam ipsis per huiusmodi forum carniū liberū in prouentibus Macellorum suorum Iniuriā aut dampnū pretendissent Consules eiusdem Ciuitatis nostre de sciētia communitatis ipsorum pariter et consensu omnibus et singulis Carnificibus ipsorum Ciuitatis predictę mediani marcę annui census residuitate seruata eiusdem census pro se et ipsorum Communitate de quolibet maccello annis singulis indulerunt durante foro carniū libero predicto. Verum quia famosus Iohannes Swedniczar Ciuis noster Cracouiensis ad nostram et Tutorum nostrorum ueniens presenciam allegauit quod per huiusmodi forum carniū liberū in censibus et prouentibus Macellorum Aduocacię Ilkussiensię quam [modo] a Consulibus et Communitate prefate Ciuitatis tenet in certa pecuniarum summa prout ex literis predictorum Consulū et Communitatis coram nobis per ipsum [expositis] contineri diminucio [fuit] et Iniuria ualde gr[auis] et quia litere huiusmodi Consulū Ilkussiensiū Maccellum Aduocacię Ilkussiensię predictę prefato Iohanni Swedniczar annis singulis per unam Sexagenam soluere astringunt. Petit ergo humiliter ut per nos in censibus macellorum Aduocacię predictę prout premisse demonstrant litere fuisset reseruatus. Quare nos differencię inter prefatos Consules et Iohannem Swedniczar occasione fori liberi supradicti finem imponere uolentes decernimus per presentes quod prefatus Swedniczar in censibus annis macellorum suorum nullam paciatur diminucionem aut dampnū sed uolumus ut de quolibet maccello predictę Aduocacię una Sexagena quemadmodum litere Consulū et Communitatis Ilkussiensię predictę demonstrant gaudeat racione census annui et fruatur. Si uero aliquam diminucionem in prefatis censibus suis pateretur extunc. Consules predicti de foralibus alias *Targowicz* ex huiusmodi Carniū foro libero prouentibus que ipsis damus colligenda hanc diminucionem supplere et soluere tenebunt decernentes preterea presentibus Quod si forum Carniū liberū predictum Ciuitati nostre Ilkussiensi atque ipsius Communitati utile accomodatū fructuosum non foret Consules predicti illud deponendi habeant facultatem. Iuribus tamen et censibus in eisdem Iohannis Swedniczar in nullo per hoc uolumus derogare. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum

Cracouie Sabbato die infra octauas Assumptionis Marie Virginis gloriose Anno domini Millesimo Quadringentesimo trigesimo quarto. Relacio Strenui Clementis Wantropcze Tutoris.

1) Oryginal pergaminowy dług. 33, szer. 26 ctm. w większej części zetłaly i podziurawiony, stąd niedający się dokładnie w całości odczytać. Bez pieczęci. Na grzbiecie przywileju znajdują się dwa późniejsze napisy, a) „Priuilegium Ladislai super uenditione Carnium.“ b) „Przywilej Władysława na wolne Targi Miastu nadane.“

XVI. 1439. die 5. mensis Decembris, Cracouiae.

Franciscus Iuntha de Iawczyce et Abraham Niger de Gościece profitentur se debere Georgio Szwarz XCHII florenos hungaricales seseque astringunt omne damnus, si quod ex non solutione in termino eiusdem summae Szwarz perciperet, sine ullo impedimento ad simplicem assertionem creditoris restituere.¹⁾

Nos Franciscus Iuntha de Iaffeicz debitor ad infrascripta principalis et Abraham Niger de Goscicz Supparius Ilkussiensis pro ipso francisco fideiussor et una cum ipso eque debitor principalis recognoscimus per presentes quibus expedit uniuersis quod tenemur veri debiti et realis prouido viro domino Georgio Swarcz Ciuu Cracouiensi et heredibus eius Nonaginta tres florenos vngaricales in auro iusti ponderis et valoris. Et promittimus iusimul diuisim manu coniuncta et uterque nostrum pro toto memoratos nonaginta tres florenos eidem Georgio Swarcz aut heredibus eius realiter et ex toto persoluere ad festum sancti Stanislai de Maio proxime nunc futurum sine dolo et sub fide pariter et honore et absque omni dilacione. In casu vero quod absit si ei memoratam summam in termino iam dicto ad plenum soluere negligimus extunc omne dampnum quodecunque ipse ex huiusmodi nostra non solutione perceperit siue inter Christianos siue inter Iudeos uel dixerit se uerisimiliter percepisse siue fecisse illud ei persoluere promittimus pariter cum ipsa pecunia capitali stabimusque in eiusmodi dampni estimacione ipsius simplici assercioni. Promittimusque nos contra hoc non tueri quouis Iure Iudicio uel literis sub fide et honore. In cuius rei euidentiam et firmitatem Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cracouie sabbato crastino sancte Barbare Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

1) Oryginal pergaminowy dług, 21. szer 12 ctm. dobrze zachowany i czytelny. U dołu znajduje się z odlamkami czerwonego wosku pasek

pergaminiowy, na którym wisiała pierwotnie pieczęć. Na drugiej stronie dokumentu jest napis: „Obligatio super 93. flor. facta. 1439.“

XVII. 1454. die 18. mensis Februarii, Cracoviae.

Raphael de Skawina, praepositus Kielcensis, canonicus et vicarius in spiritualibus Cracoviensis, successor Ioannis de Elgoth, resignationem iuris patronatus altaris s. Spiritus Ilcussiae, a Josepho Gyndel, Sophia et Margaretha, Ioanni Hannusch Beem factam, testificat et confirmat.¹⁾

Raphael de Skawina Prepositus Kelciensis et Canonicus Cracoviensis nec non Reuerendissimi in Christo Patris et domini domini Sbignei miseracione diuina tituli Sancte Prisce Sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis et Episcopi Cracouiensis vicarius in Spiritualibus et Officialis generalis. Uniuersis et Singulis tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris Significamus per presentes Quomodo honesti et prouidi Iozeph Gyndel Zophia relicta Nicolai pyero (sic) et Margaretha uxor Melhier de Ilkusch germani apud Acta presencia sponte et libere personaliterque constituti Iuspatronatus et presentandi quod ipsis et eorum cuilibet competebat communiter et diuisim ad Altare Sancti Spiritus in hospitali in Ilkusch prouido Iohanni Hannusch Beem Ciui et Consuli Cracouiensi eorum Compatrono eiusque successoribus et heredibus legitimis pure et simpliciter palam publice et expresse resignauerunt et de eodem Iurepatronatus et presentandi cesserunt in eundem Iohannem Hannusch Beem huiusmodi Iuspatronatus et presentandi totaliter transfundendo et transferendo cum omni Iure proprietate et dominio Nichil pro se et eorum Successoribus reliquentes literas quascunque notas ordinaciones et Inscriptiões apud olim Venerabilem dominum Iohannem de Elgoth decretorum doctorem Scolasticum et Canonicum et tunc in Spiritualibus Vicarium Cracouiensem nostrum predecessorem habitas factas et notatas super vicibus alternatis expresse annullando cassando et ab eisdem in toto recedendo et ipsis renunciando in perpetuum. Petentes huiusmodi cessionem et resignacionem dicti Iurispatronatus et presentandi per ipsos ut premissum est prefato Iohanni Hannusch Beem suisque Successoribus et heredibus legitimis factam per nos Raphaellem de Skawyna Vicarium in Spiritualibus et Officialem Cracouiensem generalem prefatum admitti approbari ratificari et confirmari Nos itaque eorum petitionibus utpote iustis Iuri et racioni consonis benigniter annuentes admisimus approbauimus et confirmauimus. Ac presentibus admittimus approbamus

ratificamus et confirmamus. In cuius rei testimonium presentes nostras literas scribi et Sigilli nostri appensione iussimus communiti. Actum et datum Cracouie in domo nostre solite habitacionis die lune decima octaua mensis februarii. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo quarto. Presentibus honorabilibus et Circumspectis dominis Mathia de Grodzecz Paulo de Iezewo Vicariis Cracouiensibus perpetuis Iohanne Baccalario presbitero de Oszwycanczym Bernardo de Myanowo Nicolao Bylina de Lesziny et Jacobo de Budzischowycze Notariis publicis Iohanne prebendario de Szyeczehowycze et Melchiar Ciui de Ilkusch prefato testibus circa premissa.

1) Oryginal pergaminowy dług. 42, szer. 32 cm. w miejscach składania cokolwiek przetarty i podziurawiony, zresztą czytelny i dobrze utrzymany. Na odwrotnej stronie znajdują się dwa napisy, z których pierwszy prawdopodobnie współczesny jest zatarty i nieczytelny, drugi zaś znacznie późniejszy brzmi: „Abscessio Iuris patronatus ad altare S. Spiritus in Ilkusch in Ecclesia Hospitali. 1454. d. 18. Febr.“

XVIII. 1488. die 22. mensis Decembris.

Martinus de Cracovia, magister et cantor ecclesie collegiatae S. Floriani in Kleparz, domum suam Ilcussiae Mathiae Kociągłówka, oppidano Ilcussiensi vendit, censum tamen annuum et ius redemptionis pro plebano Ilcussiensi reservat additque, ne domus, si venditum iret, nobili vendatur, neque cuiquam alii sine concessu plebani tunc existentis.1)

In nomine Domini Amen. Quoniam humana memoria eternitati non commensuratur Expedit igitur Vt ea que in humanis negocijs fiunt ad perpetuitatis ratitudinem deducantur proborum testimonio et Sigillorum munimento. Huic est quod ego Magister Martinus de Cracouia Cantor Ecclesie collegiatae Sancti floriani in Cleparzs ac possessor Ecclesie sancti Andree parrochialis in Ilkusch Notumfacio tenore presencium Quomodo Mathias faber dictus Coczaglowka oppidanus in Ilkusch domum in area ortulanie plebanialis sitam tam longam latam vt extat dimensurata et limitata in area penes viam publicam ducentem in villam Parcze ex vna et viam que mediat inter domum Ortulani Stanislai Cleparsky que ducit ad hortum plebani cum orto eidem domui Versus Mathiam Czapla adiacentem partibus ex altera Quam Magister Mathias Schydłow Petro Zyambka duodecim florenis vendiderat Propinquitate redempcionis pro successoribus

reseruata Casu quo vendi domum eandem contigerit Tandem predicto Petro Zyambka eandem domum vendente Ego magister Martinus Successor predicti magistri Mathie de Schydlow tanquam propinquior pro eadem domo Summam duodecem florenorum datam reposui et eius proprietatem recepi pleno iure Quo deinde eam vendidi et in ius perpetue eternitatis dedi et resignaui cum omni Iure proprietate tenendam possidendam fruendam Vendendam commutandam et proximis donandam Prememorato Mathie Coczaglowka pro eisdem duodecim florenis Censum in eadem domo terrestrem medie marce annum alias viginti quatuor grossos communis pecunie pro Plebano annuatim soluendum in perpetuum Reseruando [Quod quidem] dictus Mathias Coczaglowka et omnes sui successores quocunque modo succedentes sine Iure propinquitatis vel quocunque alio modo ad soluendum obligabuntur Hoc tamen adiecto quod predicta domus Nulli Nobilium vendi debeat Sed quocienscunque predicta domus vendenda venerit Semper plebani consensus pro tempore existentis requiretur seu obtineatur Qui dominus plebanus sine aliqua contradiccione Si fecerit persona ciuilis vel plebea emens consentire debeat Casu autem quo per ipsum Mathiam Coczaglowka vel suos Consanguineos aut quoscunque Successores venderetur Plebanus pro tunc existens libertatem domus predictae redimendi Valore impensarum circa edificia factarum arbitrio bonorum virorum compensando habebit. Sic quod quanta summa vendita fuerit per eundem Mathiam ffabrum aut Successores eius Eandem Summam dominus plebanus sibi aut suis propinguis seu Successoribus tenebitur dare Et dictam domum totali Iure possidebit. In cuius rei Testimonium presentes litere Sigillis domus Collegij minoris artistarum Capituli et Cantorii Ecclesie Collegiate sancti ffloriani et tunc ecclesie possessoris parochialis Sancti Andree in Ilkusch sunt per appensionem comunite et roborate. Acta sunt hec fferia Secunda ante Natiuitatem Christi Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo octauo.

1) Oryginal pergaminowy dług. 50, szer. 30 ctm. utrzymany w całości, lecz tak wytarty, iż zaledwie można go było odczytać. U dołu wisiały pierwotnie trzy pieczęcie, po których pozostały tylko paski pergaminowe.

XIX. 1493. die 9. mensis Iunii, Cracoviae.

Petrus de Kurozweki, thesaurarius regni Poloniae et capitaneus terrae Cracoviensis, consulibus Ilcussiensibus dat ministerialem, ut eos in villam Płoki, quam iure obligatorio tenebant, intromittat.¹⁾

Petrus de Kurozwanky Thesaurarius Regni polonie et Capitaneus terre Cracouiensis generalis. Recognoscimus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium Noticiam habituris. Quod quemadmodum nobilis Iohannes de plocky per mandatum nostrum literale fuerat Monitus et citatus ut sicut Consulum totiusque communitatis de Ilkush coram nobis comparuisset primo quod Iohanne Proconsul et Consules Ciuitatis Ilkush proposuerunt contra prefatum nobilem de bonis hereditarijs ville plocky Census annuum de eadem villa Plocky quolibet anno pro festo Natiuitatis Christi solui consuetum de quatuor proxime transactis retinuit et villam ipse Iohannes in Centum et quinquaginta marcis olym famoso Thome Spirka Consuli de Ilkush modo obligatorio in actis Castri Cracouiensis inscripsit et obligauit et deinde eandem villam ipse Thomas sibi Iohanni arendauit de decem marcis singulis annis solucionis. Ac denique eandem obligacionem ville plocky Thomas prefatus Spyrka Consulibus et totj communitatj Ciuitatis Ilkush condescendit et obligauit, iuxta ipsius inscripcionem, et prefatus Iohannes plocky per Nos interrogatus an sic esset, respondit quod sic, prout et ipsi Consules ex actis prefatis Castri Cracouiensis hoc idem probabant. Nos Iudicio presidentes Iudicialiter decreuimus et Ministerialem de Iure addidimus ipsis Consulibus in prefatam villam plocky inequitandum et intromittendum et pacifice possidendum in prefata summa centum et quinquaginta marcarum principalitatis obligatum iuxta ipsorum inscripcionem. Acta sunt hec feria tertia proxima post festum sancte Trinitatis Annj infrascripti. Tandem Ministerialis veniens videlicet Iohannes Szaynok a Sithkone de kasimiria die dominico infra octauas corporis Christi recognouit quod dedit intromissionem realem et effectualem ipsis consulibus in prefatam villam plocky cum consensu ipsius Iohannis prefati Plocky, ad hoc non contradicente, Neque repugnante. In quorum omnium fidem et Testimonium cercius Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Castro Cracouiensi die dominico priusdicto Anno natiuitatis domini Milesimo Quadringentesimo Nonagesimo Tercio.

1) Oryginał pergaminowy dług. 25, szer. 22 ctm. bardzo zniszczony, podziurawiony i bez pieczęci, po której pozostał tylko pasek pergaminowy.

XX. 1521. die 23. mensis Maii, Cracoviae.

Sigismundus I., rex Poloniae, proconsuli et consulibus Ilcussiensibus mandat, ut certas insolentias emergentes reprimant excessoresque puniant.¹⁾

Sigismundus dei gratia Rex Poloniae magnus dux Lituaniae Russiae Prussiae etc. dominus et heres. Prouidis Proconsuli et Consulibus Oppidi Ilkusch fidelibus dilectis gratiam nostram. Prouidi fideles dilecti: Audimus in opido vestro magnas insolentias fieri impune. Et ideo mandamus ut quemlibet iuxta demerita eius iure mediante puniatis. Et aliter non facturj pro gracia nostra. Datum Crocouie feria quinta proxima ante festum sancte Trinitatis Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo primo. Regni vero nostri anno decimo quinto. Ad mandatum proprium Sacre regie Maiestatis. (L. S.)

1) Oryginał pergaminowy dług. 30, szer. 26 ctm. w miejscach składania zetlały i przetarty z pieczęcią większą wytłoczoną na wosku czerwonym. Napis w otoku nieczytelny.

XXI. 1535. die 4. mensis Octobris, Cracoviae.

Sigismundus I., rex Poloniae, venditionem census per consules et communitatem civitatis Ilcussiensis, senioribus totique fraternitati Beatae Mariae Virginis Ilcussiae iure redemptionis factam, confirmat.¹⁾

SIGISMUNDUS Dei gratia REX Poloniae, Magnus dux Lithuaniae, Russiae Prussiae Masouiae etc dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis. Quia nos ad intercessionem quorundam Consiliariorum, ratam et gratam habentes venditionem, inscriptionem et resignationem Census annui duodecim marcarum monetae et numeri Polonice consueti, pro centum octoginta marcis latorum grossorum Pragensium in et super Calario Praetorij ac aliis bonis et prouentibus Ciuilibus oppidi nostri Ilkusch, ad administrationem Consulium eiusdem oppidi pertinentibus per Consules et communitatem illius, Senioribus et toti fraternitati beatissimae Mariae Virginis pro Altarista eorum altaris, tituli sanctae Trinitatis, in Ecclesia parrochiali

sancti Andreae in eodem oppido Ilkusch fundati, in vim reemptionis factam, eam ipsam venditionem prefati census duodecim marcarum approbauimus et confirmauimus, approbamusque et confirmamus et in illam consentimus per inde atque si a principio ad illam faciendam consensus noster Regius accessisset decernentes et admittentes, quod quandocumque et quotiescumque idem census fuerit redemptus, possit pro summa eius principali prefata, alter similis census comparari et obligari in quibuscumque alijs bonis terrestribus immobilibus aut Ciuilibus coram quibuscumque Iudicibus spiritualibus vel secularibus regni nostri harum vigore ad hoc suo officio functuris, singulis annis iuxta conditionem inscriptionis et contractus soluendus, et percipiendus, alio consensu nostro vel successorum nostrorum ad hoc minime requisito. Quem quidem Censum modo premisso venditum et in posterum vendendum et obligandum libertati et immunitati Ecclesiae ea lege ascribendum admittimus, ut pro eius repetitione et omni actione ad forum Iudicis Ecclesiastici semper habeatur recursus. Ipsique Consules et Ciues Ilkuschenses et alii, in quorum bonis ciuilibus communibus vel priuatis, huiusmodi census in posterum fuerit inscriptus, ad ferenda onera ciuilia esse debeant astricti. Si vero in bonis terrestribus fuerit comparatus, heredes et possessores illorum bonorum pro tempore existentes, ad bellicam expeditionem nihilominus de eisdem bonis obeundam, obligati esse debeant, eo non obstante, quod prefatus Census immunitati Ecclesiae fuerit ascriptus. Harum testimonio literarum quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Cracouiae die festo sancti Francisci. Anno domini Millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Regni vero nostri anno vigesimo nono. Relatio Reuerendissimi in christo patris domini Petri de Thomicze Episcopi Cracouiensis et Regni Poloniae Vicecancellarij. Petrus Episcopus et Vicecancellarius Regni Poloniae m. p.

1) Oryginał pergaminowy dług. 50, szer. 25 ctm. dobrze utrzymany. Pierwotnie była przytwierdzona do dokumentu na pasku pergaminowym pieczęć, której obecnie brakuje. Na grzbiecie dokumentu znajdują się następujące napisy: a) *Approbatio Venditionis Census Duodecim Marcarum Fraternitati Bmae V. Mariae ad Ecclesiam parochialem Ilkussiensem tituli S. S. Andreae existentem ex Celario Praetorij Ilkussiensis. Anno Dni. 1535.* b) *Zapisek klasztorny: „Productum in Acta Visitationis 1746. 12. Januarii. H. Orłowicz.“* c) *Zatwierdzenie zamiany 12. Marków polskich na 180. mark groszy szerokich Pragskich dla Altarzysty Oltarza S.S.S. Trójcy w kościele parafialnym S. Andrzeja w Olkusz.*

XXII. 1540. die 11. mensis Martii, Cracoviae.

Sigismundus I., rex Poloniae, proconsulibus et consulibus civitatum Cracoviensis, Casimiriensis, Sandecensis, Vielicensis, Heussiensis et Bochniaensis mandat, ut sententias suas judicialiter sigillent et in praetorio castri Cracoviensis reponant, ne ex neglectione sigillandi discrimina inter cives exoriantur.¹⁾

Sigismundus dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae ac Mazowiae etc. dominus et Heres. Amatis Proconsulibus et Consulibus Sex Ciuitatum videlicet Cracouiensis Kazimiriensis Sandecensis Vielicensis Ilkussiensis atque Bochnensis fidelibus dilectis gratiam nostram regiam. Famati fideles dilecti. Cum inter alios Iudicij vestri defectus propter quos Subditi nostri litigantes et ad vos appellantes gravati fuerant, hoc quoque illis satis durum minimeque tollerandum acciderit, quod pro sententijs sigillandis per vos in causa appellationum latis singulam queque Ciuitatum vestrarum gravati alioquin in expediendis sententijs non minori impensa spetiali sumptu circumire cogebantur. Quemquidem absum tollere volentes, de hoc et alijs Iudicij vestri defectibus certam ordinationem litteris nostris expressam edidimus F. vestris per Magnificum Severinum Boner de Balicze [Caste]llanum Bieicensem Burgrabium Magnvm procuratorem riumque nostrum Cracouiensem Oswieczimensem Rapstinensem Bieicensem et in Ocziez Capitanem reddendam. Sed ne in primo vestro et vltioribus s Iudiciorum subditi nostri hoc defectu sigilli de cetero agitentur, Volumus et F. vestris ma[ndamus] vt quelibet F. vestrarum Ciuitas suum speciale Sigillum interim ante primvm adventum pro festo [p]roximo fabrefieri curet. Et deinceps ad in Ciuita in pretorio ipsius Ciuitatis in communi scriniolo sex serraculis firmato habeat. Vt ex vobis electi post prolationem sententiarum parati semper sint quilibet cum sue Ciuitatis [Sigil]lo in loco Iudicii ipsas sententias sigillare et illud rursus in cistellam reponere et ad Pretorium Cracouiense seruandum dare. Ne deinceps hoc genere gravaminis litigantes affligerentur. Sic igitur et non aliter F. vestre facture. Datum [in] Cracouia feria quinta ante Dominicam Iudica proxima[m.] Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo. Regni vero nostrj Anno Trigesimo quarto. Ad mandatum Sacrae Maiestatis Regiae proprium. (L. S.)

¹⁾ Oryginal pergaminowy dług. 33, szer. 30 ctm. zetłaly, zczerniały i w wielu miejscach podziurawiony, stąd bardzo nieczytelny. U dołu jest wycięnięta na wosku czerwonym pieczęć królewska większa, niewyraźna.

XXIII. 1545. die 2. mensis Maii, Cracoviae.

Sigismundus I., rex Poloniae, laboratoribus et cultoribus fodinarum plumbi Ilcussiae medietatem Olborae ad quattuor annorum spatium remittit.¹⁾

SIGISMUNDUS DEI gratia REX Poloniae, Supremus DUX Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae etc. dominus et heres. Significamus tenore praesentium quibus interest Vniuersis. Quod nos uolentes cultores et laboratores Montium seu Fodinarum Plumbi: in Ciuitate nostra Ilkussio, et territorio Vniuerso nostro ubicumque fodine habentur: et quocumque in loco ad nos Olbora spectat et pertinet: magna iam in parte neglectarum, alacriores et promptiores ad operandum reddere: ut laborum suorum aliquantulam consolationem habeant. Cupientesque ut plerique hac nostra liberalitate audita eo confluant, laboresque neglectos ressumant, omnibus et singulis: in fodinis illis Ilkussiensibus: et circumquaque existentibus, mineram fodientibus et laborantibus, seu circa eas uersantibus: medietatem Olborae nostrae Regiae ex plumbo more ueteri nobis pendi debitaе, ad quattuor Annorum decursum a data praesentium computantes remittimus: et liberaliter donamus. Harum quibus Sigillum nostrum subimpressum est testimonio litterarum. Datum Cracouiae Sabbato ante festum Inuentionis Sancte Crucis proximo. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Quinto. Regni uero nostri Anno Trigesimo nono. Relatio Reuerendissimi in christo patris Domini Samuelis Episcopi Plocensis et Regni nostri Vicecancellarii. Samuel Episcopus Plocensis Regni Poloniae Vicecancellarius. mp. (L. S.)

¹⁾ Oryginał pergaminowy długość 32, szerokość 21 cm. bardzo dobrze utrzymany. U dołu jest wyciśnięta na laku czerwonym pieczęć królewska mniejsza z Orłem i Pogonią w środku. W otoku znajduje się napis: „S. S. R. DNJ. SIGISMUNDI. D. G. REGIS. POLON. MAGNI. DUC. LITHUANIAE. ETC.“ Na drugiej stronie dokumentu znajdują się dwa napisy: a) współczesny: „1545. Sabbato ante festum Inventionis S. Crucis. Litterae Sacrae Maiestatis Regiae. Quibus Cultoribus Ilkussiensibus Dimidiam Orboram dimittit ad Quadrienium.“ b) późniejszy: „Sigmunt Król do przeciągu lat 4 połowę Olbory płaconej do Skarbu opuszcza tym, którzykolwiek zaniedbane Górnictwo i kopanie kruszców rozpoczna.“

XXIV. 1547. die 22. mensis Maii, Cracouiae.

Sigismundus I., rex Poloniae, officialibus suis mandat, ut civibus Ilcussiensibus sine solutione teloneorum cum mercibus ire permittant.¹⁾

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae, Supremus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae Masouiae etc. dominus et haeres. Vniuersis et singulis Teloneatoribus et eorum Notariis, seu locum tenentibus, vbilibet in Regno constitutis. Significamus tenore praesentium Quia vidimus originale priuilegium Famatis et Prouidis Praeconsuli et Consulibus, ac vniuersis Ciuitatis nostrae Ilkussiensis incolis, per Serenissimum Principem Vladislaum piae memoriae Poloniae Regem, patrum et antecessorem nostrum concessum saluum ac in nulla parte sui violatum. Cuius quidem priuilegii vigore eosdem Ciuitatis nostrae Ilkussiensis incolas a solutione quorumuis teloneorum vbilibet in Regno nostro consistentium exemptos esse constat. Suplicatumque est nobis, quoniam originale huiusmodi priuilegium passim circumferre non esse tutum arbitrantur, vt illis hasce nostras mandati literas, quae huiusmodi libertatis et exemptionis eorum testes sint, dare dignemur, quorum supplicationi benigne annuentes, mandamus vobis, vt praefatos ciues Ciuitatis nostrae Ilkussiensis et eorum quemlibet cum rebus et mercibus suis cuiuscunque generis, valoris precijque fuerint, quocumque per loca vbi telonea exigi solent euntes, libere absque cuiusuis telonei solutione ire, ac inde redire, toties, quoties opus eis fuerit, permittant, permittendosque curent, ac praesentibus non aliam quam originale priuilegium exhibitum fuerit fidem adhibeant. Nouo tamen limitaneali teloneo excepto, quod pro nobis reseruamus. Pro gratia nostra et debito officii sui aliter non facturi. Datum Cracouiae Dominica Rogationum Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. Regni nostri anno quadragesimo primo. Ad mandatum Sacrae Maiestatis Regiae proprium. Nicolaus Grabia Castellanus chelmensis et Regni Vicecellarius. mp. (L. S.)

1) Oryginał pergaminowy długi 44, szer. 30 ctm. w miejscach składania zczerniały, zresztą dobrze przechowany i czytelny. U dołu wycięta jest na laku czerwonym pieczęć królewska mniejsza opisana już pod N. XXIII. [str. 35.] Na przeciwniej stronie przywileju są trzy napisy: a) „1547. Dominica Rogationum. Approbatio libertatis telonej communis per Sigismundum Regem.“ b) „Mandatum Sigismundi I. Super libertate a Teloneis.“ c) „Względem Cła ponawia Zygmunt Przywilej Władysławowski.“

XXV. 1554. die 27. mensis Februarii, Lublini.

Sigismundus II. Augustus, rex Poloniae, consules Ilcussiensis in possessione aduocatae Ilcussiensis, villarumque Zdzurada, Witaradów et Starczinów confirmat, instigatori vero suo regali perpetuum silentium in hac causa imponit.¹⁾

SIGISMUNDUS AUGUSTUS Dei gratia REX POLONIAE magnus DUX Lituaniae. Russiae. Prussiae. Masouiae. Samogitiae. etc. Dominus et heres. Significamus praesentibus literis nostris quibus expedit vniuersis. Postquam famati Proconsul et Consules Ciuitatis nostrae Ilkussiensis citatione nostra literali, ab Instigatore officii nostri Regii vocati fuissent ad tribunal nostrum, pro redemptione ad mensam nostram Aduocatae Ilkussiensis, simulque villarum Zdzurada Witaradów et Starczinow, vt inscriptiones, iura et priuilegia nostra, quorum nomine eadem bona possiderent, coram nobis reproducerent, summasque pecuniarum in literis expressas, acciperent, quae si non essent specificatae, vt secundum iuris formam taxatio Aduocatae et villarum memoratarum fieret. In terminoque hodierno hucusque continuato, partibus vtrisque coram nobis comparentibus, atque Proconsule et Consulibus per plenipotentes suos, reproducentibus bina priuilegia Serenissimi Vladislai Regis Poloniae, praedecessoris nostri, alterum super villas Zdzurada, Witaradów et Starczino de data Cracouiae feria quinta in Crastino Cinerum anni millesimi quodringentesimi secundi, alterum vero super Aduocatiā Ilkussiensem, de data in Pilzno, ipso die Leonardi Confessoris, anni millesimi quodringentesimi octauo, quibus deducebant Aduocatiā cum villis superius recensitis Ciuitati Ilkussiensi esse perpetuis temporibus incorporatam et vnitam, in quarum continua possessione semper fuerunt, petentibus se circa iura et priuilegia sua a nobis conseruari. Nos itaque iuribus et priuilegiis Ilkussiensibus examinatis, de sententia Consiliariorum et Iurisperitorum nostrorum Proconsulem et Consules ac ipsos Ciues Ilkussienses in iuribus et priuilegiis eorum conseruantes, ac eadem in omnibus conditionibus et clausulis confirmantes et ratificantes, decernimus Aduocatiā cum villis Zdzurada, Witaradów Starczinow perpetuis temporibus Ciuitati Ilkussiensi esse vnitam et incorporatam, ob idque Instigatori nostro perpetuum silentium in causa imponimus, hae nostra sententia mediante. Harum testimonio literarum quibus sigillum nostrum appresum est. Datum in Conuentione generali Lvblinensi feria tertia post Dominicam Oculi. Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto. Regni vero nostri anno vigesimo quinto. Relatio Magnifici Ioannis de Oeziessino, Regni Poloniae Cancellarij gene-

ralis Cracouiensis Sandecensis et Olstinensis Capitanei, Succemarii Burgrabii Regii Cracouiensis. Ioannes Ocieski Regni poloniae Cancellarius. m. p.

1) Oryginal pergaminowy dług. 41, szer. 30 ctm. w dobrym stanie, jednak bez pieczęci, po której pozostał tylko sznurek kręcony z jedwabiu czerwonego i zielonego. Na drugiej stronie dokumentu są następujące napisy: a) „Ultima Confirmatio Aduocatae Sigismundi Augusti Regis. 1554.“ b) „1554. Feria 3tia pt. Dm. Oculi.“ c) „In Castro Cracouiensi. Feria secunda ante festum S. Valentini Martiris proxima. Die scilicet 9. Mensis Februarii A. D. 1778. Praesens Decretum sub hoc Actu per Oblatam porrectum susceptum et inductum.“ d) „Ze wojtostwo w Starczynowie należy do Miasta Olkusza.“

XXVI. 1556. die 7 mensis Decembris, Varsaviae.

Sigismundus II. Augustus, rex Poloniae, cultoribus montium Ilkussiensium decimam de Warchnis sibi prius reservatam condonat et remittit ad spatium quattuor annorum.¹⁾

SIGISMUNDUS-AUGUSTUS DEI gratia REX POLONIAE Magnus DUX Lithuaniae Russiae PRussiae Masouiae Samogithicae etc. dominus et haeres. Significamus praesentibus literis nostris quibus expedit vniuersis et singulis harum noticiam habituris. Quod ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Cultoribus montium Ilkussiensium nobis factam, qui iniquitate horum temporum infoelicem in plumbi fodinis tentarunt fortunam. Volentesque illos ad exercendam culturam montium alacriores reddere orboraeque nostrae auctiora commoda in posterum facere eisdem ex certa scientia et gratia nostra Regia ab ipsis fragmentis seu Warchnis antiquis circumcirca Ilkusz et alibi leuatis et purgatis, leuandisque et purgandis decimam quam priore libertate concessa, pro nobis reseruaueramus, harum serie literarum condonandam et remittendam duximus, condonamusque et remittimus ad spacium et decursum quatuor annorum a data praesentium inchoandorum et computandorum atque eisdem a solutione decimae eorundem fragmentorum liberos et immunes plenarie facimus. Salua priore libertate dimidiae partis seu orborae et Mineris permanente. Quod Generoso Iusto DECIO Secretario nostro Carbario Vieliciensis Montium Ilkussiensium et Chencziniensium Praefecto praesenti et pro tempore existenti denunctiamus. (sic) Mandantes. ut in hac concessione libertatis nostrae Cultores Plumbi fodinarum Ilkussiensium conseruet et manuteneat neque vltra praescriptum illius quicquam exigit. Pro debito suo et gratia nostra secus

non facturus. Harum testimonio literarum quibus in fidem Sigillum nostrum est subappresum. Datum Varschouiae in conuentione Regni nostri generali feria Secunda post festum Sancti Nicolai proxima. Anno Domini Millesimo quingentesimo Quinquagesimo Sexto. Regni vero nostri Anno Vigesimo Septimo. Relatio Magnifici Ioannis de Oeziessino Regni Poloniae Cancellarij, Cracouiensis generalis, Sandecensis Olstinensisque Capitanei Succamerarij Cracouiensis. Joannes Ocieski Regni Poloniae Cancellarius. mp. (L. S.)

¹⁾ Oryginał pergaminowy dług. 45, szer. 30 ctm. bardzo dobrze utrzymany. U dołu znajduje się wyciśnięta na czerwonym laku pieczęć większa królewska z Orlem, którego otaczają dokoła umieszczone herby ziem koronnych. W otoku jest napis: SIGISMUNDUS * SECUNDUS * AUGUST * DEI * GRACIA * REX * POLONIAE * MAGNUS * DUX * LITUANIAE * RUSSIAE * PRUSSIAE * MASOUIAE * ETC * DOMINUS * ET * HAERES *. Na grzbiecie przywileju czytamy: „1556. Feria secunda post Nicolai. Literae Sacrae Maiestatis Regiae: Quibus ab antiquis Warehnis orboram ad Quadriennium dimittere dignata est cultoribus Ilkussiensibus.“

XXVII. 1559. die 4. mensis Ianuarii, Piotrcouiae.

Sigismundus II. Augustus, rex Poloniae, officialibus suis mandat, ne cives Ilkussienses, dum rex extra fines regni in Magno Ducatu Lituaniae moraretur, ad iudicium regale pro causis quibuscunque citent, item statum civium Ilkussiensium meliorem facere volens, tertium forum annale ad primam dominicam festum Ascensionis Domini immediate sequentem, instituit; posterum forum septimanale ibidem celebrari solitum in suo vigore reservat.¹⁾

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogithiacque etc. Dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit vniuersis et singulis, praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, Quia nos adducti supplicationibus certorum Consiliariorum nostrorum, nomine Famatorum Proconsulis et Consulium totiusque Communitatis Ciuitatis nostrae Ilkussiensis, apud nos interpositis, tum volentes ipsos fatigis et sumptibus subleuare quos extra Regnum ad praesentiam Tribunalque nostrum citati, seu appellatione evocati, necessario plerumque facere intuendis causis, sibi institutis, coguntur, hanc ipsis coniunctim, et cuilibet eorum seorsim praerogatiuam et libertatem dandam et concedendam duximus: prout

de certa scientia et speciali gratia nostra damus et concedimus praesentibus, Ita, vt iam a modo et sic deinceps futuris perpetuisque temporibus nemini hominum cuiusuis status, sexus, conditionis, dignitatis et officii existentium, quando et quamdiu in magno Ducatu nostro Lithuaniae aut alibi extra Regnum constituti fuerimus, liceat illos sev aliquem ex illis, vllis citationum nostrarum literis, aut prouocationibus seu appellationibus quibuscunque, pro quacunque re et Causa, ad nos vel Iudicium nostrum euocare, Et si citati vel appellatione euocati per quemcunque fuerint, aut eorum aliquis fuerit euocatus, tum coram nobis Iudicioque nostro, si in ipso Ducatu nostro Lithuaniae, aut alibi extra Regnum nostrum, nullo vnquam tempore stare, comparere, respondere, atque ob non comparitionem et responsionem, poenas aliquas subire, et iudicatum soluere cuique tenebuntur. A quo eos et quemlibet eorum liberos et absolutos prorsus facimus, et ea praerogatiua libertateque Ciuitatis eiusdem incolae, modernos et pro tempore futuros perpetuo semper gaudere et utifrui volumus, Quamobrem omnibus et singulis Dignitariis, Officialibus, caeterisque subditis nostris, cuiusuis status et conditionis existentibus, mandamus, vt memoratos Ciues et Incolas nostros Ilkussienses, modernos et pro tempore existentes, in ea praerogatiua et libertate se coram nobis, cum fuerimus extra Regnum, non sistendi citatos, vel appellatione quacunque euocatos, non solum conseruent, verum etiam illos et quemcunque eorum nullis citationum literis aut prouocationibus, pro quibuscunque rebus ad nos vel Iudicium nostrum extra fines Regni nostri euocare vnquam audeant, Volentes autem vt eadam Ciuitas nostra Ilkussiensis incolaeque illius maiora in dies suscipiant incrementa, et ad meliorem statum conditionemque reducantur, ad duo fora annalia (quorum alterum ad diem Assumptionis beatae virgini Mariae sacrum, alterum pro festo sancti Andreae Apostoli ex antiqua eorum institutione in eadam Ciuitate hucusque singulis annis celebratur) tertium, ad primam Dominicam festum Ascensionis Domini immediate sequentem in eadem Ciuitate Nostra Ilkussiensi, incolis illius modernis et pro tempore futuris, addendum et adiungendum esse duximus, prout addimus et adiungimus, atque pro legitime instituto et indicto haberi volumus, Ita vt omnes et singuli homines, cuiusuis status, sexus, ritus, et conditionis existentes, ad hancipsam Ciuitatem nostram Ilkussiensem pro eodem tertio foro annali, per nos praesentibus ad diem Dominicum, proxime et immediate festum Ascensionis Domini sequentem, instituto, et aliis duobus in eadem Ciuitate quibuslibet festis, Assumptioni beatae virgini Mariae et sancto Andreae Apostolo dicatis, celebrari hucusque solitis, sin-

gulis annis perpetuisque temporibus, gratia emendi, vendendi, rerumque pro rebus et mercibus pro mercibus permutandi et cambiendi ac omnium et singulorum aliorum licitorum et honestorum negotiationum generum exercendi, Ciuitatem praedictam confluant, et frequentent, citra tamen praeiudicium aliarum Ciuitatum et Oppidorum, tam nostrorum quam subditorum quorumuis nostrorum, in vicinia circumeirea existentium, Venientes vero ad eandem Ciuitatem gratia eiusmodi fororum frequentandorum, tam in accedendo quam in recedendo nostra et Serenissimorum Successorum nostrorum securitate et libertate potiri et gaudere semper volumus, nisi forte tales sint quos iura et leges fovere non paterentur, et quibus proborum hominum consortia merito fuerint deneganda. Forum vero septimanale, qualibet feria secunda in eadem Ciuitate nostra Ilkussiensi celebrari solito (sic) in suo vigore reseruamus, harum testimonio literarum, quibus Sigillum nostrum est subappensum. Datum Pyotrcouiae in Conuentione Regni nostri generali feria tertia post festum Circumcisionis Domini proxima. Anno eiusdem Millesimo, quingentesimo quinquagesimo nono. Regni vero nostri anno vigesimo nono. Relatio Magnifici Iohannis de Oczyeschino Regni Poloniae Cancellarii, Cracouiensis generalis, ac Oswyancimensis, Zathoriensis, Sandecensis Olschtinensisque Capitanei, Ioannes Ocieski Regni Poloniae Cancellarius. mp.

1) Oryginal pergaminowy dług. 43, szer. 31 cm. pisany bez skróceń, w miejscach składania zbutwiał i przetarty. U dołu przywileju pozostał po oderwanj pieczęci sznurek pleciony z pasowego i zielonego jedwabiu. Na drugiej stronie przywileju znajdują się dwa napisy: a) w środku: „1559. Feria tertia post festum Circumcisionis“ b) na prawym brzegu u samej góry: „1749. Anno. Feria 4ta post Dominicam Rogationum. In Arce Cracouiensi. Productum post Publicationem Uniuersalis Serenissimae Regiae Maiestatis circa recognitionem Jurisdictionis admittendarum ad Jus Supremum a Iudicio Consulari, Aduocatiali et Scabinali Ilcussiensi Appellationum. In Iudicio Sapremi Juris Prouincialis Magdeburgensis Castri Cracouiensis. Per Spectabilem Stanislaum Mogilski, Consulem et Notarium et Honoratum Mathaeum Wenecki, Scabinum, Ciues Ilcussienses.“

XXVIII. 1567. die 6. mensis Iunii, Piotrcouiae.

Sigismundus II. Augustus, rex Poloniae, laudum publicum civitatis Ilcussiensis de anno 1562. super ponendis et extruendis intra decursum unius anni aedificiis in areis et locis desertatis editum, confirmat.¹⁾

SIGISMUNDUS AUGUSTUS Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiaequae

etc. Dominus et haeres. Significamus literis nostris praesentibus, quorum interest uniuersis. Exhibitas esse nobis literas in papiro scriptas ex Actis Consularibus Ilkussiensibus emanatas, sigillo eiusdem Ciuitatis communitas, sanas, saluas, nullique suspicioni obnoxias, continentes in se laudum publicum Ciuitatis Ilkussiensis, super ponendis et extruendis intra decursum unius anni aedificijs, in areis desertatis in recensita Ciuitate Ilkussiensi consistentibus, a Consulatu et plebiscito eiusdem Ciuitatis conditum, ac per debellum (sic) Ciuilem publicatum, supplicatumque esse nobis, ut easdem Maiestate nostra Regia confirmare et approbare dignaremur, quorum tenor sequitur talis. Feria secunda post Octauas Corporis Christi Anno domini 1562. In nomine domini amen. Proconsule pro tempore munere Proconsulis fungente, famato Martino Strzumiesky, Valentino Slanka, Laurentio Twardi, Veneslao Paiak, Petro Nek, Jacobo kozyelek, foelice Starczinowsky, Stanislao Slanko, Consulibus Ilkussiensibus. Ac ex communitate uiris ad hoc delectisino Blonsky, Martini Pelionis, Laurentii pasierbek, Thome penkala, Volphangus Piesnensky, Gregorius Slomi Augustini Iarosz, Joannis Bednarz, Foelicis soltisiak, Laurentij vosbek, Thome Piwowar, Alberti Stophil, Alberti Rzez elezerz, Martini Rak, Andreae kramarz, Bartholomei Zbitny, uniuersis et singulis, quibus expedit ad quosque praesens nostrum scriptum [venerit pro]clamamus. Quia nos ex unanimitate uoto et uoluntate cupientes lapsa restaurare et pene funditus ruta subleuare, Attendentesque h . . . mediocra damna fore, in custodiis comunibus exactionibus Sacrae Maiestatis Regiae, poduodis alijsque emolumentis et fructibus ciuilibus in desertatis Areis in ciuitate existentibus, ex quibus prout prius pendebant, nihil datur atque exigitur, prae desertatione, quapropter eiusmodi Laudum solenne sanciuimus, atque constituimus, ut quilibet qui praetendit aliquot interesse ad loca in ciuitate desertata, et uacua habere, ut ea ad decursum unius anni immediate aedificet, et restauret, ne per eiusmodi desertationem prouentus Ciuiles minuantur, nolentes uero aedificare ut uendant. Extunc enim in decursu Anni plenam facultatem damus et concedimus, ea bona pro placito conuertenda, in obuentionibus regalibus, ac fructibus et Custodijs Ciuilibus, Domino Proconsuli Ilkussiensi, pro illo tempore existenti, praefata bona cuiuscunque sint, sequestranda. Et ne in eiusmodi negotio circumueniri uideatur, ignorantia aliqua in congregatione fori communis singulis feriis secundis quater successiue, ut qui interesse aliquot habere praetendant, proclamatione bedelli Ciuilis manifestentur. Quod plebiscitum ratum ac in omni puncto

immutabiliter obseruandum, sancimus ac promittimus stipulate nomine totius Communitatis habere et custodire. Nos itaque Sigismundus Augustus etc. Rex praenominatus Supplicationi eiusmodi benigne annuentes literas praescriptas in omnibus earum punctis clausulis et conditionibus approbandas et confirmandas duximus, prout quantum de iure est approbamus et confirmamus praesentibus, decernentes easdem debitam vim atque robur obtinere debere. Harum testimonio literarum, quibus Sigillum nostrum est subappensum. Datum in Conuentione generali Regni Pethricouiensi die sexta Mensis Iunij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo. Regni uero nostri Trigesimo Octauo. Relatio Reuerendissimi Petri Miskowsky Regni Poloniae Vicecancellarii, Decani Cracouiensis, Gnesnensis Plocensis Lanciciensisque Praepositi. Petrus Miskowsky Regni Poloniae Vicecancellarius. mp.

1) Oryginał pergaminowy dług. 32, szer. 25 ctm. w całości bardzo zbutwiały i nieczytelny; po lewej stronie jest nadto wypalona dziura 5 cm. kw.— U dołu wisi przytwierdzony do przywileju kawalek paska pergaminowego, na którym pierwotnie wisiała pieczęć. Nad nim w miejscu niezapisaném pergamin przecięty w kształcie łuku od lewej ku prawej. Na przeciwniej stronie dokumentu jest napis. 'Confirmatio Laudi Ilkussiensis de areis desertisque Sigismundi Augusti. 1567. Fra 2. pt. Svas Corporis Christi.'

XXIX. 1576. die 27. mensis Decembris, Torunii.

Stephanus, rex Poloniae, proconsuli, consulibus, advocato, scabinis et caeteris magistratibus Cracouiensibus mandat, ut summam ducentorum florenorum fisco regio per Martinum Wilk, alias Schadkowiez, civem Ilkussensem, debitam, et nuper a se nobili Ioanni Krzczki, thesauri regni notario donatam, in rem eiusdem Ioannis Krzczki iudicialiter requirant. 1)

STEPHANUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae PRussiae, Masouiae, etc. Princeps Transyluaniae. Spectabilibus et famatis Proconsuli, Consulibus, Aduocato Scabinis et caeteris omnibus Ciuitatis nostrae Cracouiensis Magistratibus ac iudiciorum quorumuis praesidentibus, fidelibus nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Spectabiles et famati fideles nobis dilecti. Summam florenorum ducentorum fisco nostro Regio per famatum Martinum Wilk, alias Schadkowiez de Ilkusz debitam atque coram iudicio Bannito Cracouiensj super bonis suis omnibus inscriptam et recognitam dedimus atque donauimus Nobili IOANNI

